DE

JACOBI MAGNI

VITA ET OPERIBUS

THESIM

PROPONEBAT FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

A. COVILLE

PARIS

LIBRAIRIE HACHETTE ET Cie

79, BOULEVARD SAINT-GERMAIN, 79

1889

DE JACOBI MAGNI

VITA ET OPERIBUS

Coulommiers. — Imp. P. Brodard et Gallois.

DE
JACOBI MAGNI
VITA ET OPERIBUS

THESIM
PROPONEBAT FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

A. COVILLE

PARIS
LIBRAIRIE HACHETTE ET Cie
79, BOULEVARD SAINT-GERMAIN, 79

—

1889

DILECTISSIMO PATRI

PROOEMIUM

Quinto decimo ineunte saeculo, Gislebertus quidam Metensis, cum Lutetiam summis laudibus extolleret, ejusque mirabilia ex ordine describeret : « Grand chose estoit de Paris quant M[e] Eustace de Pavilly, M[e] Jehan Jarçon, Frère Jacques Le Grant, le M[e] des Mathurins et autres docteurs et clers soloient preschier tant d'excellens sermons ». Nunc vero fratris Jacobi Magni ordinis Heremitarum S. Augustini fama, quae, apud aequales haud mediocris duraverat, tota evanuit.

Si quis autem clarissimos quos Caroli VI aevum habuit scribentes, inter se diligenter comparaverit, Jacobum, si non primas, magnas tamen partes egisse non animadvertere non poterit, sive ipsum Monachus S. Dionysii in *Chronicis Caroli VI* coram regina insolita audacia dicentem inducit, sive « Monstrelet » aliique eumdem ad regem Anglorum legatum indecora paciscentem increpant.

Itaque primum vitae sanctitate ac doctrina insignis, postea Burgundionum adversis partibus invisissimus, multum abest profecto ut suo tempore, sicut nostro, parum innotuerit.

Praeterea ille vir multa variaque opera confecit, Latina Gallicave lingua, quorum codices in bibliothecis nostris, nulla jamdudum versati manu, quasi abolitae famae vestigia supersunt. Quin post Jacobum mortuum, cum ars typographiae vix e cunabulis exiret, probatissimosque pro tempore libros praelis ubique supponeret, duo Jacobi volumina saepius et in Gallia et in Germania, in Anglia etiam xv° atque ineunte xvi° saeculo edita fuere, ex quo colligere licet eadem aetate haec a plurimis accurate lecta fuisse.

Nuper autem in opusculo de Joannis de Monsterolio vita et operibus, sive de Romanarum litterarum studio apud Gallos instaurato Carolo VI regnante, incurrit nobis Jacobi Magni nomen, inter praeclaros viros Gersonem, Brevicoxam, Nicolaum de Clamengiis, et ipsum satis laudatum. Fuit igitur ex iis, ut vir doctissimus asserere non dubitat, « qui iisdem, ut ita dicam, sacris uterentur, qui Joannem de Monsterolio ad studium antiquitatis seu exemplo concitarent, seu imitatione comitarentur [1] ».

Quae cum ita sint, non minimi refert, ad perfi-

1. Ant. Thomas, *De Joannis de Monsterolio vita et operibus*, 78.

ciendam sive rerum publicarum, sive liberalium artium apud Gallos historiam, ut ejusdem Jacobi Magni opera et gesta nunc primum describantur. Utinam labor noster sudorque maximus in longis codicibus pertractandis, etiamsi quae sequuntur parum ad Jacobi laudem profectura sint, iis tamen felicioribus de instaurato in Gallia antiquarum litterarum studio scriptoribus, qui posthac tantum opus a prima origine repetere aggredientur, viam expedire possint!

INDEX BIBLIOGRAPHICUS

I. — Scriptores qui ante XIXum saeculum Jacobum Magni laudaverunt.

A. — *Scriptores Jacobo Magni aequales.*

Monachus Sancti Dionysii, inter varios ineuntis xvmi saeculi historicos quasi princeps, in « *Chronicis Caroli Sexti* » (Parisiis, MDCCCXXXIX-MDCCCLII, vol. VI, in-4), cum diu in aula versatus fuisset, solus nobis orationem a Jacobo, anno MCCCCV habitam, primus autem ad regem Anglorum, anno MCCCCXII, missam legationem narravit.

Juvenalis de Ursinis (Joannes II, MCCCLXXXVIII-MCCCCLXXIII), ad conscribendam historiam quae vocatur : *Histoire de Charles VI, roy de France* (éd. Buchon, Paris, 1841, in-8), quod Monachus S. Dionysii fusius dixerat, breviter tantum contraxit.

Monstrelet (Enguerran de, + MCCCCLIII), in libro cui titulus : *La chronique d'E. de Monstrelet* (éd. Douët d'Arcq, Paris, 1857-1862, 6 vol. in-8), nihil de oratione, sed de legatione plurima exposuit[1]. Jacobus vero non *Magni*, id est « *le Grand* », sed *Parvi*, id est « *Petit* », in omnibus chronicorum codicibus false inscribitur.

Acta publica inter reges Angliae et alios quosvis imperatores, reges, etc... edita a Thoma Rymer, t. IV (Hagae comitis, MDCCXXXIX, in-fo) : in hoc volumen, ad annum

1. Vide etiam : Jean Lefèvre de Saint-Remy (1395-1468), *Chronique* (éd. Morand, Paris, 1876, 2 vol. in-8); — Jean de Wavrin (1394-1474), *Chroniques et anchiennes istories de la Grant Bretaigne* (éd. W. Hardy, Londres, 1868-1879, 3 vol. in-8). — Quidquid in « Monstrelet » legere est, uterque, paucis quidem additis verbis, retulit.

MCCCCXII, sex insertae sunt chartae, quae ad historiam ejusdem legationis pertinent.

Petrus Salmo, qui a secretis Caroli VI fuit, in quadam epistola, MCCCCIX data anno (cf. *Les demandes faites par le roy Charles VI*, éd. Crapelet, Paris, 1833, in-8), et Parisiensium annalium scriptor, incerto nomime « *le Bourgeois de Paris* » dictus (*Journal d'un bourgeois de Paris*, éd. Tuetey, Paris, 1881, in-8), ambo in Jacobi Magni mentionem incidunt, strictim uterque.

B. — *S. Augustiniani*[1].

Forestus Bergomas (Jacobus Philippus, + MDXVIII) : *Novissimae historiarum omnium repercussiones quae supplementum supplementi chronicarum nuncupatar*, Veneta, MDXIII, in-f°. — Pauca quidem ipse de Jacobo Bergomas scripsit, sed in quodam ejusdem operis volumine, lector nescio quis paulo post nonnulla margini adscripsit, quae, quamvis partim abrasa, nobis haud parvi momenti sunt (*Bibl. Nat. Imp. invent. G. 801*).

Pamphilus (Josephus, + MDLXXXI), « in historia et lectione antiquorum patrum atque notitia bibliothecarum... insignis[2] » : *Chronica ordinis fratrum heremitarum S. Augustini*, Romae, MDLXXXI. — Vidit enim et inspexit in bibliotheca Bononiensis conventus codices quosdam, varia Jacobi Magni opera complectentes.

Milensius (Felix, + MDCXXXIII), Neapolitanus, Ferdinandi Imperatoris consiliarius, etc. : *Alphabetum de monachis et monasteriis Germaniae*, Pragae, MDCXIII, in-4. — Is nostrum sic vendicat : « Jacobus Magnus natione ad Germaniam non attinet; verum, ejus monumenta in Germania legens, ipsum quoque inter Germanos jure quodam incolatum colloco » (p. 43).

Herrera (Thomas de, MDLXXXI-MDCLIV), Hispanus, cum in Italia, Romae praesertim, diu mansisset, Salmaticensis domus, deinde totius etiam provinciae administra-

1. Ambrosii de Cora, seu Corani, qui ordinis Heremitarum S. Augustini ab anno MCCCCLXXVII generalis et poenitentiarius fuerat, *Chronicam*, quae nescio an typis reipsa mandata fuerit, adhuc desideramus.

2. Ossinger, v° *Pamphilus*.

tioni praepositus : *Alphabetum Augustinianum*, Matriti, MDCCLIV, vol. II, in-f°. — Doctissime autem de Jacobo, ejusque patria et operibus disseruit, nec tamen eum post annum MCCCCIX produxisse vitam affirmare ausus est.

Elssius (Philippus, + MDCLIV), Brusselae natus et in ejusdem urbis Augustinianorum conventus egregius professor : *Encomiasticon Augustinianum*, Brusselae, MDCLIV, in-f°. — Brevis quidem est apud eum, verum haud inutilis scriptoris nostri notitia.

Gandolfus (Dominicus-Antonius, MDCXLV-MDCCVIII), patria Genuensis, ordinis S. Augustini praedicator generalis, Vintimiliae etiam multis annis Aprosianae bibliothecae curator, « vir... sacris in litteris peritissimus, qui apud omnes propter acre profundumque ingenium ac eruditionem historicam summo loco est habitus[1] » : *Dissertatio historica de ducentis celeberrimis Augustinianis scriptoribus*, Romae, MDCCIV, in-4. — Longius quam qui maxime Jacobi Magni vitam explanavit, ejusque scripta non solum adnumeravit, sed etiam interdum videtur evolvisse.

Ossinger (Joannes Felix, + MDCCLXVII), natione Bavaricus, provinciae Bavaricae ac utriusque Germaniae quondam assistens generalis : *Bibliotheca Augustiniana historica, critica et chronologica, in qua mille quadringenti Augustiniani Scriptores inveniuntur*, Ingolstadii, MDCCLXVIII. — Gandolfi vero, Elssii, ceterorumque laudibus breviter repetitis, nonnullorum insuper Jacobi codicum titulos subjunxit.

C. — *S. alii.*

Trithemii, abbatis Spanheimensis (MCCCCLXII-MDXVI) : *De scriptoribus ecclesiasticis..... liber unus*, Coloniae, MDXDVI, in-4.

Gesneri (Conradi, MDXVI-MDLXV) : *Bibliotheca instituta et collecta primum a Gesnero..... amplificata per* J. Jacobum Frisium, Tiguri. MDLXXXIII, in-f°.

Possevini (Antonii, MDXXXIV-MDCXI) : *Apparatus sacer*, Coloniae, MDCVII, vol. II, in-f°. — *Bibliotheca selecta de ratione studiorum*, Romae, MDXCIII, vol. II, in-f°.

1. Ossinger, v° *Gandolfus*.

Chopini (Renati, MDXXXVII-MDCVI) : *Monasticon, seu de jure coenobiorum*, Parisiis, MDCXI, in-f°.

Lurbe (Gabriel de, + 1613) : *Chronique bourdeloise*, Bordeaux, 1619, in-4.

Dupin (Louis-Ellies, 1657-1719) : *Bibliothèque ecclésiastique*, xive siècle, Paris, 1701, in-8.

Warton : *Appendix ad historiam litterariam Guillelmi Cave*, Genevae, MDCCV, in-f°.

Oudini (Casimiris, MDCXXXVIII-MDCCXVII) : *De scriptoribus ecclesiasticis antiquis*, Lipsiae, MDCCXXII, vol. III, in-f°.

Le Long (Jacobi, MDCLXV-MDCCXXI) : *Bibliotheca sacra*, Parisiis, MDCCXXIII, in-f°.

Sallier (Claude, 1685-1761) : *Mémoire sur les ducs d'Orléans descendants de Charles V*, etc. (Mémoires de l'Académie des Inscriptions et belles-lettres, t. XV, Paris, 1745, in-4.)

La Croix du Maine et du Verdier : *Bibliothèque française*, éd. 1772, 2 vol. in-4.

Antonii (MDCLVII-MDCXXX) : *Bibliotheca Hispana vetus*, in altera editione, Matriti, MDCCLXXXVIII, vol. II, in-f°.

Fabricii (Joannis Alberti, MDCDXVIII-MDCCXXXVI) : *Bibliotheca latina mediae et infimae latinitatis*, in ultima editione, Florentiae, MDCCCLVIII, vol. IV, in-8.

II. — S. XIX^mi saeculi qui de Jacobo Magni memoraverunt.

Biographie générale (*Nouvelle*), t. XXX, Paris, 1862, in-8.

Brunet : *Manuel du libraire*, Paris, 1860, 8 vol. in-8. — *La France littéraire au XVe siècle*, Paris, 1865, in-8.

Delisle : *Le cabinet des manuscrits à la Bibliothèque nationale*, Paris, 1874, 3 vol. in-4.

Hain : *Repertorium bibliographicum*, Stuttgartiae, MDCCCXXVI, vol. II, in-8.

Le Roux de Lincy et Tisserand : *Paris et ses historiens*, Paris, 1868, in-4.

Paris (Paulin) : *Les manuscrits de la bibliothèque du Roi*, Paris, 1836-1847, 7 vol. in-8.

Schwab : *J. Gerson... eine monographie*, Wurzbourg, 1858, in-8.

Thomas (Antoine) : *De Joannis de Monsterolio vita et operibus*, Parisiis, MDCCCLXXXIII, in-8.

DE JACOBI MAGNI
VITA ET OPERIBUS

CAPUT I

DE JACOBI MAGNI VITA

I

De Jacobi Magni vita, quamvis illi haud exiguis rebus interesse contigerit, pauca tenemus ab ecclesiasticis scriptoribus varie asserta.

Et quo in loco, et quo anno Jacobus noster natus sit, nos fallit. Quod si e reliqua ejus vita aliquid conjectare licet, qui anno MCCCCV, praesente Carolo rege, de corruptis principum moribus vehementissime praedicavit, et anno circiter MCCCCXXV obiit, verisimile est eum intra annos MCCCL et MCCCLX vitam inchoasse.

Quin etiam de ejus patria auctores ecclesiastici, praesertim Augustiniani, alii ab aliis dissentiunt. Nonnulli Jacobum dicunt Toletanum, ut Trithemius, Gesnerus, Pamphilus, Bergomas, Possevinus, Oudinus [1].

1. Trithemius, 279. — Pamphilus, f° 72 v°. — Possevinus, 788. — De Lurbe, f° 33. — Chopinus, 118. — Gesnerus, 379. — Oudinus, III,

Sed alii rursus quorum sententia in hac re non parvi habenda est, Herrera scilicet et Elssius et Gandolfus et Ossinger, Augustiniani omnes, eum non Hispanum, sed Gallum, non Toletanum, sed Tolosanum contendunt [1]. Addit Herrera : « Gallicae familiae, ex qua et alios Augustinianos ut Fr. Joannem Magni de Francia, de provincia Franciae, die XXI februarii, anno MCCCCLXXXVIII, in registro generalium reperimus ».

Gallice Jacobus dicitur « le Grant », latine vero « *Magni* » vel « *Magnus* ». Possevinus enim, Gesnerus et Bergomas « *Magnum* » vocant [2]. At mss. fere omnes et imprimis codices qui in magno Augustinianorum conventu Parisiaco servabantur, et a Jacobo ipso forsan exarati fuerunt, « *Magni* » tantum habent [3]. Elssius quoque hoc talibus verbis probat : « Jacobus Magni, non Magnus ex cognomine cujusdam Gallicae familiae [4] ». In quodam vero *Sophologii* ms. aliam reperimus opinionem, quae admodum ridicula est : « Unde Magnus dicatur, nescio. Ceterum hoc illi nomen impositum esse suspicor ab hominibus qui ejus ultimas voces acceperant : « Hic finis est hujus Sophologii editi a fratre Jacobo *Magni* ordinis fratrum Heremitarum Parisiensi ». Vereor, inquam, ne homines

2.292. — Sic Pamphilus de patria : « Jacobus cognomento Magnus, de *Eubio* (?), Toletanus », f° 72 v°; Milensius autem : « Jacobus Eugubinus (?) », p. 44.

1. Herrera, I, 429. — Gandolfus, 191. — Elssius, 312. — Ossinger, v° *Magni*. — Vide : Fabricius, v° *Magnus*; — La Croix du Maine, I, 414; — Antonio, II, 204; — Fetis, v° *Legrand*; — Nouv. Biog. gén., v° *Legrand*.

2. Bergomas, f° 268 v°. — Possevinus, 788. — Gesnerus, 279.

3. Arsenal, 481, f° 1. — Bibl. nat., lat., 15, 137, f° 1.

4. Elssius, 312.

parum eruditi *Magni* epitheton Jacobo tribuerint, quod ordini Heremitarum Parisiensi debebatur... Sed haec conjectura est forte levis et vana [1]. »

II

Usque ad annum MCCCCV, cum rara, tum obscura sunt Jacobi Magni indicia. Adolescens quidem, cum saeculi gaudia projecisset, ad monasticam vitam confugit : in ordinem scilicet fratrum Heremitarum S. Augustini intravit. De qua professione Gandolfus dixit : « Tolosae mundo natus est, et Parisiis renatus religioni [2] ». Parisiaci enim alumnus [3] coenobii, ibi operose juventutem exercuit.

Inclyta illa Augustinianorum domus Parisiaca, in sinistra Sequanae ripa, haud procul a S. Germano de Pratis, XIII^{mo} jam exeunte saeculo, aedificata fuerat. Brevi autem creverat opibus et tunc maxime florebat. In cujus claustris vixerat Aegidius Romanus, qui informandi Philippi Pulchri provinciam susceperat, ac deinde ad Bituricensem archiepiscopatum fuerat provectus. Ossa ejus in ecclesia conventus maxima reverentia asservabantur. In eadem ecclesia, juxta Aegidii sepulcrum, multi lapides religionem et celebritatem loci splendide testabantur [4].

Non illis tamen insignibus monumentis, sed erudi-

1. Bibl. nat., lat., 3. 236, f° 140 v°.
2. Gandolfus, 191.
3. Herrera, I, 429. — Ossinger, v° *Magni*.
4. Lebœuf, *Hist. du diocèse de Paris*, éd. Cocheris, III, 35, 283, 287

tissimorum virorum consuetudine et numerosa coenobii bibliotheca Jacobus delectari coepit. Per longa enim monasticae disciplinae otia, venerabilibus ordinis magistris, sicut fratre Bernardo, priore generali [1], familiariter utebatur, vel cum studiorum consortibus, verbi gratia cum fratre Lorencio Anglici [2], doctos sermones conserebat. Saepius autem labore invictus, varios codices lectitabat, in monachorum bibliothecam congestos. Nempe etiam anno MDCCXC, CCCCXXVI mss. in mancipio Augustinianorum conventus erant, e quibus plurimos in bibliothecis Parisiacis nunc videre est. Jam nonnulli eorum, XIV^mo ineunte saeculo, huc Aegidii Romani legato devenerant, scilicet defuncti archiepiscopi « omnes libri philosophici, theologici et juridici [3] ».

Haec pia eruditaque familia Jacobo ecclesiasticae disciplinae quasi vestibulum fuit. Cum autem jamdudum studuisset apud Universitatem Parisiacae, in sacra pagina licenciati gradum impetravit [4], nunquam vero doctoris videtur insignia esse adeptus [5].

Magno tunc doctrinae studio flagrabat Jacobus, quem Elssius dicitat « in palaestra scholasticae disciplinae vehementer exercitatum, philosophiae naturalis scientia illustrem et sacrarum litterarum interpretem egregium [6] ». Omnia enim quae his temporibus disci poterant, didicit; non divinam solum Scripturam vel

1. Bibl. nat., lat., 15, 137, f° 1.
2. Arsenal, 481, f° 1.
3. Franklin, *Les anciennes bibliothèques de Paris*, I, 379.
4. Arsenal, 542, f° 81 v°. — Bibl. Mazar., 963, f° 1. — Bergomas, f° 268 v°.
5. Ossinger tamen Jacobum « S. theologiae doctorem » vocat.
6. Elssius, 312.

Patrum opera pertractavit [1], sed et veterum philosophorum sapientia se imbuit. Itaque exstat codex quidam, cui Aristotelis, Senecae, Boetii « dicta communiora » mandare consueverat [2].

III

Quibus vero de causis, Parisiaca Universitate relicta, Jacobus Magni se ad Patavinum Gymnasium contulerit, nescimus.

Tunc in Italia magnus erat Universitatis Patavinae splendor maximaque fama. Illa nempe, anno circiter MCCXXVIII, ex urbanis orta scholis, haud multo post, scilicet anno MCCLXIII, pleno Universitatis jure constituta fuerat. Mox autem faventibus summis pontificibus vel Carrarensium principum domo, crevit fama studiorum discipulorumque frequentia. Adeo enim ex omnibus Italiae et Europae partibus confluebant « studentes », vel « scholares », ut civitas decreverit tot deinceps doctores creari posse, quot summo illo munere digni judicarentur. Quin Joannem de Imola, cum ad Ferrarense gymnasium anno MCCCCII transiisset, scholares trecentos secum traxisse fertur [3].

1. Ambrosius Coranus in *Chronica* confirmat « cum sic omnem sacram scripturam tritam habuisse, ut nulla ejus pars cum quoquo pacto praeteriret ». Herrera, I, 429.

2. Arsenal, 481.

3. Facciolati, *Gymnasii Patavini Syntagmata*, 3, 24, 43, 96. — Id. *Gymnasii Patavini Fasti*, XIV, XXI, XXII. — Coppi, *Le Università Italiane nel Medio aevo*, 83. — Mabilleau, *La philosophie de la Renaissance en Italie*. 88. — Denifle, *Die Universitaeten des Mittelalters bis 1400*, 288. — Voigt, *Die Wiederbelebung des classichen Alterthums*, I, 434.

Non scholarium modo frequentia, sed magistrorum eruditione et studiorum praestantia vigebat Patavinum gymnasium. Duo praesertim viri ejus inchoaverant gloriam, Marsilius Patavinus et Franciscus Petrarcha, Patavinus canonicus : illis quidem auctoribus, subrepsit in Universitatem nescio quod genus liberum ac solutum sentiendi vel loquendi, cujus multa et manifesta documenta in Marsilii libro, cui titulus[1] « *Defensor pacis* » reperias. Hic quoque inter se disputabant magistri indefessa loquacitate, nullaque erat anni pars in qua quiescendi copia impertiretur; magistro cuique aemulus quasi componebatur, atque ambo semper ad disputandum parati esse debebant.

Patavii praecipue utrumque jus tanto studio discebatur, ut fere Bononiensi Patavina Universitas aequaretur. Hic enim praelegerunt praeclarissimi quidam magistri, Romani juris vel canonici non indigni commentatores, inter quos Jacobus de Arena, Baldus de Ubaldis, Franciscus Zabarella, Ludovicus Lambertaccius, etc. Affluebant quoque medicinae scholares. Tardius autem constituta sacrae paginae, id est theologiae Facultas. Etenim anno MCCCXLII, Clemens VI Gymnasio Patavino jus contulerat doctores creandi « in civili et canonico jure, in aliis facultatibus, praeter sacram theologiam ». Sed anno tandem MCCCLXIII summum illud munus, in perpetuum concessum est[2]. Ex iis qui hoc tempore theologiam docuerunt, duo tantum ad memoriam nostram pervenerunt, Jacobus de Confortis et Leoninus Patavinus.

1. Labanca, *Marsilio da Padova*, 97.
2. Facciolati, *Syntagmata*, XVI.

Hic autem ex Heremitarum S. Augustini ordine, haud dubie Jacobi Magni, cum primum Universitatem adiit, patrocinium suscepit. Sed non ante Jacobus Patavii docendi licentiam accipere potuit, quam civitas peregrinis magistris, anno MCCCLXXXVII, Gymnasium aperuisset [1]. Sic Gandolfus eum « extitisse professorem publicum theologiae et philosophiae » confirmat. Pamphilus vero : « Ego memini me vidisse quaestiones optimas in libro Aristotelis *de Anima*, quas, ut in principio notatum, [Jacobus] Patavii edidit, et disputavit, dum esset ibi praelector publicus [2] ».

IV

Anno circiter MCCCCV, Jacobus Magni publicis Franciae rebus interesse coepit. Tunc temporis nostra gens et gravi inopia laborabat et omnis generis turbatione. Jamdudum enim cum Anglorum regibus bellum saeviebat. Praeterea Carolus VI, quamvis adhuc juvenis, rerum gerendarum curam patruis permiserat : quippe qui, sui jam non compos, ab anno MCCCCXII frequenti dementia premeretur. Principes vero regnandi cupiditate accensi, longas inter se exercebant inimicitias. Omnia igitur, insano rege, in magno discrimine erant.

Hoc autem ipso tempore, cum ad res accessit Jacobus Magni, regnum in summas angustias adductum

1. Facciolati, *Syntagmata*, 96.
2. Pamphilus, f° 72 v°. — Possevinus, I, 788. — Gandolfus, 191. — E. Dupin, XIVe siècle, 298. — Ossinger, v° *Magni*.

erat. Ludovicus enim, dux Aurelianensis, Caroli VI frater et Isabella, ejusdem regis uxor, omnia inconsulto ex libidine regentes, imperio intemperanter abutebantur. Regina, annos sex et triginta nata, a conjuge insanienti saepius disjuncta, splendidam delicatamque agebat vitam. Ipsi ingenium petulans, mens varia, mores dubii erant. Nec modo maritum aversabatur, sed etiam ita liberorum incuriosa erat, ut dux Aquitaniæ, quem matri custodiendum duces dederant, egestate flagraret. Tempus enim terebat variis nugis, scilicet aureis purpureisque vestimentis, vel insolitis animalibus, vel cibis exquisitissimis intenta. Ut vero inani indulgere posset genio, quotidie ingentis pecuniae indigens, a rege vel regiis ministris alia dona, alia praedia exposcebat. Quin etiam regina rei publicae tam parum consulebat, ut Anglicos exercitus in regnum sine intermissione irrumpentes atque omnia vastantes paene praetermitteret. Cum autem duces Aureliani et Burgundiae de summo rerum arbitrio acerrime ambigerent, nulla conciliandae pacis cura, Aurelianensis causam intimo corde fovit, nec mirum, cum toto obstinatoque animo ex ejus voluntate esset.

Dux autem Aurelianensis, regis frater dilectissimus, cum reginae ingenio, natu fere aequalis, maxime congruebat. Homo erat summae pro tempore urbanitatis, disertus, ingenuae cujusque artis amantissimus, sed in jocum pronior atque omnino levis et inconsultus. Itaque eum, cum se totum voluptatibus dedisset, patrui a rebus publicis diutissime amoverant. Nunc vero splendide vestitus, auro argentoque refulgens, adventitiorum cupidus ciborum, semper

vel magnis canibus, vel scurris, vel histrionibus stipatus, cum venationis, tum aleae studiosissimus, nihil aliud, ut ita dicam, curabat, nisi ut omni opulentia circumflueret. Adde morum pravitatem, carmina seu verba parum verecunda, uxorem quoque, Valentinam de Vicecomitibus, quamvis miseratione prorsus digna eique dicatissima foret, jamdudum derelictam et a regali comitatu remotam. Nuper vero, favente regis dementia, in maximam reginae familiaritatem illum venisse ex eo apparet, quod ab anno MCCCII eamdem agere vitam, eadem gaudia sequi ambo videntur. Ea erat illorum consuetudo, ut de reginae adulterio fama per totum regnum discurreret. Sic poeta quidam iisdem temporibus, in libro qui dicitur « *le Pastoralet* », Ludovicum deperditum amore et Isabellam valde eo ipso delectatam fingit. Plebs vero, tantis regnantium flagitiis permota, maxime incredibilibus rumoribus aures praebebat, et ducem submissa voce, quasi maleficiorum artificem, vehementer improbabat.

Qua vero ratione rem publicam ambo gererent, ex his facile intelligi potest. Anno enim MCCCII, cum dux Aurelianensis imperium vice regis postulavisset, a Carolo tandem impetravit « potestatem liberam et generalem administracionem super regnum universum.... ut super thesauros et redditus libere suum exerceret arbitrium [1] ». Quid vero dux, jam inde rerum omnium praepotens, primum meditaretur, mox apparuit : nulla interjecta mora, omnes pecuniae vias, ut ita dicam, explorat, « auxilia » exigendi rationem

1. Mon. S. Dionysii, III, 26.

commutat, ecclesiae praesulibus indicit tributum, « prisias » denique, quibus Hospitio regis sufficiatur, imperat. Immo paucis diebus elapsis, indictionem novam inopinato statuit, atque simul eo impudentiae provehitur, ut edictum falso pro Bituriae et Burgundiae ducibus subscribat. Sed mense Julio vel Junio, rex, iterum ex morbo recreatus, auditis omnium querimoniis, fratris imperium abrogavit [1].

Cum autem Aurelianensis in consilio nihilominus sederet, nova tributa exigenda censuit. Tunc tanta erat regalis aerarii inopia, ut dux ipse Burgundiae, quamvis plerumque exactionibus adversaretur, huic jam repugnare non potuerit. Itaque mense Aprili MCCCCIV, ut ait Monachus S. Dionysii, « quamvis plebs multis aliis exactionibus continue vexaretur, de Parisiis tamen recedentibus ducibus, in Palacio et Castelleto regiis ipsam collectam voce preconia, unde peditum equitumque copie haberentur ad resistendum inimicis, publicari jusserunt [2] ». Exactam deinde pecuniam duces « in quadam turre regalis Palacii dignum duxerunt reponi, mutuo compromittentes quod de collecto thesauro nichil auferretur ». Sed dux Aurelianensis « antequam repositorium claudi posset, majorem summam collecte inde de nocte hora suspecta cum armatis viris... abstulit [3] ».

Defuncto Philippo Burgundiæ duce (XXVII Aprilis MCCCCIV), cum filius ejus Joannes, dictus « Sans Peur », in matris Margaritae Flandrensem comitatum

1. Mon. S. Dionysii, III, 36.
2. Mon. S. Dionysii, III, 140.
3. Mon. S. Dionysii, III, 140.

successisset, communitates circumiret, fidei juramenta reciperet, res Franciae in pejus ruere coeperunt. Anno enim nondum absoluto, Ludovicus, nonnullis in consilio obstantibus, imminentium Anglorum metu ad tuendam sententiam utitur : « Sic iniquorum assentatorum consilio, collecta in Parlamento et Castelleto regiis quinto die Marcii (MCCCCV) voce preconia et auctoritate regis, quamvis non conscientis, publicatur [1] ». De qua nova et superaddita indictione, Monachus S. Dionysii his verbis loquitur : « Hac de causa multi imprecaciones, cum plus non possint, in ducem Aurelianis, absque erubescencie velo, jaculabant, Christo supplicantes humiliter, ut mitteret qui populum a tyrannide liberaret [2] ». Omnis vero hujus tributi fructus ad ducem reginamque pervenit, qui tamen collectis pecuniis minime uti potuerunt : « Nam cum regina ex illis sex equos oneratos auro monetato in Alemaniam mitteret, hoc in predam venit Metensium qui a conductoribus didicerunt quod alias financiam similem in Alemaniam conduxerant. Unde mirati sunt multi, cum sic vellet depauperare Franciam et Alemanos dittaret [3] ».

V

Eodem anno MCCCCV, absente Joanne quem vocabant « Sans Peur », cum dux Aurelianensis totus

1. Mon. S. Dionysii, III, 230.
2. Mon. S. Dionysii, III, 228.
3. Mon. S. Dionysii, III, 232.

esset in voluptatibus, Jacobus Magni tandem in lucem producitur.

Duo quidem rerum scriptores, Monachus S. Dionysii et Joannes Juvenalis de Ursinis hoc nobis tradiderunt; sed quoniam Monachi chronico plerumque utitur Juvenalis, rem uno fultam testimonio fatendum est.

Monachus igitur enarrare coepit, « cum multa sinistra verba super reginae ducisque Aurelianensis defectibus mutuo dicerentur, non novi aliquem ad correctionem per salutaria verba publice processisse, donec quidam Augustinianensis, vocatus Jacobus Magni, predicacionem assumpsit coram regina peragendam [1] ». Noster enim, ab adolescentia in claustro versatus, se totum adhuc tristi cuidam et tetrico disciplinae generi addixerat, sive Parisiis studeret, sive Patavii doceret : nulla ei nisi legendi vel scribendi voluptas. Dum vero theologiae libros assidua manu evolvebat, imaginem perfectae christianaeque vitae sibi animo finxerat, adeo ab aequalium moribus abhorrentem, ut gravius quam qui maxime imperitantium flagitia indignaretur. Ita mente affectus, die Ascensionis festo, reginae alloquendae munus suscepit.

1. Mon. S. Dionysii, III, 268. — Juv. de Ursinis : « En ce temps on parloit fort de la Reyne et de Mgr d'Orléans, et disoit-on que c'estoit par eux que les tailles se faisoient, et que les aides couroient et levoient, sans ce que aucune chose en fust mise et employée au faict de la chose publique, et assez hautement par les rues on les maudissoit, et en disoit-on plusieurs paroles. La Reyne en un jour de feste voulut ouyr un sermon, et y eut un bien notable homme, lequel à ce faire fut commis. Lequel commença à blasmer la Reyne en sa présence, en parlant des exactions qu'on faisoit sur le peuple, et des excessifs estats qu'elle et ses femmes avoient et tenoient, et comme le peuple en parloit de diverses manières, et que c'estoit mal fait, dont la Reyne fut très mal contente. » (426.)

Quae vero fuerit haec oratio, tantum ex Monachi S. Dionysii verbis suspicari possumus : nempe « quamdam monomachiam virtutum et viciorum curialium pungitivam luculentissime » Jacobus finxit. Monachus autem : « Compendio, quod studiose quaero, officeret sermonem ad locum recitare; sed notanter ad particularia quedam veniens, inquit :

« Vellem equidem tibi placere, generosa regina, sed multo malens te salvam, qualicunque erga me animo futura sis, in tua curia domina Venus solium occupans, ipsi eciam obsequntur ebrietas et commessacio, que noctes vertunt in diem, continuantes choreas dissolutas. Hec maledicte et infernales pedissece, curiam assidue ambientes, mores viresque enervant plurium, et impediunt saepius ne milites vel scutiferi delicati adeant expediciones bellicas, ne in aliqua parte corporis deformentur [1]... Hec et multa alia, o regina, in opprobrium curie tue dicuntur. Que si non velis credere, in habitu mulieris paupercule eundo per civitatem, audies ab infinitis personis. » Ex iis autem quae praemonuit monachus, colligendum est non haec ipsa fuisse Jacobi verba, sed sententias utique ad veritatem propositumque exprimi [2].

Orationem vero regina, si auctori nostro creditur, haud gratis auribus audivit. Sed cum « domicelle, quibus illa familiarissime utebatur, apud oratorem con-

1. In *Sophologio*, l. VI, c. 24 : « Potius enim, unde lugendum est, viri dicti nobiles lascivie student, Veneri subserviunt, puellas, virgines desponsare jugiter querunt, et tunc credunt magna militia exercuisse, quoniam juvenculam ignominie tradiderunt. O quale duellum! O qualis triumphus puellam fragilem et innocentem vincere!... »

2. Mon. S. Dionysii, III, 268.

quererentur, ipse respondit : « Et procul dubio plus miror qualiter mala que dixi, ause estis perpetrare, et non solum illa, sed certe nephandiora, que quociens reginae placuerit, clarius manifestabo [1] ». Quin etiam nonnulli « assentatores », ut Jacobus temeritatis poenas solveret, regem adeuntes postulaverunt, Augustinianum accusantes « quod contra statum regine enormiter loqutus fuisset ». Carolus autem, illis stupentibus, non solum non aegre rem tulit, sed « inde letus effectus, voluit ipsum audire et ut in die sacratissimo Penthecostes coram eo predicaret [2] ».

Ceterum ipso predicationis die, cum multi circumstarent optimates, ex quibus rex Navarrae et duces Franciae, Jacobo haec verba argumento fuerunt : « *Spiritus sanctus docebit vos omnem veritatem* ». Alteram vero orationem sic Monachus S. Dionysii breviter complectitur : « Adventum Sancti Spiritus multis laudibus attollens, ad mores inde descendit,

1. Juv. de Ursinis, 426 : « Et ledit prescheur en s'en retournant de la prédication, fut rencontré d'aucuns hommes et femmes de la cour, et luy dirent qu'ils estoient bien esbahis comme il avoit ozé ainsi parler. Et il respondit qu'encores estoit-il plus esbahi, comme on ozoit faire les fautes et péchés, qu'il avoit dit et déclairé. Et s'en allant outre, il rencontra encores un autre homme, qui luy dit en jurant le sang Nostre Seigneur, que qui le croiroit, qu'on l'envoyeroit noyer. Et le bonhomme dit : « Il n'en faudroit qu'un autre de telle volonté que tu es, avec toy, pour faire un grand mal. »

2. Mon. S. Dionysii, III, 270. — Juv. de Ursinis, 426 : « Lad. prédicacion vint à la cognoissance du Roy, et lui rapporta on plus pour mettre à indignacion le bon homme que autrement. Et dit le Roy qu'il le vouloit ouyr prescher, et fut ordonné que le jour de Pentecoste, il prescheroit. Lequel prescha, et prit son thème : « *Spiritus sanctus docebit vos omnem veritatem* », et le déduisit bien grandement et notablement. Et s'il avoit parlé en la présence de la Reyne des grans péchés qui couroient, encores en parla il plus amplement et largement en la présence du Roy ; et fist tant que le Roy fut content, et si luy fit donner aucune légère somme d'argent. »

asserens quod predicatoris erat officium veritatem coram omnibus profiteri, etiam si auditoribus hoc grave sit. Post hec luculentissime ostendit quod in curiis magnatorum et qui summo ordine presidebant, divina passim conculcabantur monita, Evangelie doctrina sordebat, fides, caritas et omnes alie theologice et cardinales periclitabantur virtutes. Continuando propositum, viciaque reprobans illorum specialiter qui regnum regendum susceperant, publice intulit quod illud male et tepide regebatur [1]. »

His verbis, rex « de oratorio exivit ut in vultu ipsum directe inspiceret... Sed inde effectus constancior et ad ipsum regem particulariter dirigens verba sua, continuavit propositum, addens quod ad alleguata debebat avertere, aliter in vituperium consiliariorum suorum redundabat, dicique poterat quod non audebant sibi dicere veritatem. Iterum ad ipsum dirigens verbum, et de genitore suo ad propositum faciens mencionem : « Et si, inquit, exactiones imposuerat super plebem colligendas, dum in sceptris ageret, ex hiis tamen ad decorem regni municiones construens, potenter regni adversarios repellens, eorum oppida occupabat, et accumulando thesauros opibus occidentales reges precellebat, antequam cederet in fata; sed nil horum nunc agitur, quamvis gravioribus operibus plebs gravetur ». Addidit et quod de talliis generalibus bis isto anno collectis nil inde commodi reportabat, non exinde ad honorem regni fiebant expediciones bellice, nec stipendia sub-

1. Mon. S. Dionysii, III, 270.

sidiariis solvebantur, sed distractis indebite sic accumulabantur particulares thesauri, ad usus inhonestos, proc pudor, convertendi. « Summa, inquit, ingenuitas hiis temporibus reputatur balnea frequentare, luxuriose vivendo, et indui preciosis, loricatis, fimbriatis et manicatis vestibus; et cum tibi eciam commune sit, dico quod simile est te induere de substancia, lacrimis et gemitibus miserrime plebis, que continue, quod compaciendo referimus, ad summum regem ascendunt, pro injusticiis sibi factis. » Notavit et unum, non nominando nisi ducem, dicens quod et in juventute fuerat bone indolis, sed nunc propter inhonestam malam vitam et insaciabilem cupiditatem maledictiones plebis incurrebat, cum omnes ab eo et sibi similibus intollerabiliter premerentur, in finalibus concludens, quod si diu continuarentur tot nephanda, non timebat quin Deus, qui potens est discingere balteum regum, quando placet, aut regnum in brevi transferret ad extraneos, aut propter mala principum, divideretur in se ipso [1]. »

Nos juvisset profecto cognoscere, quae strenuam hanc orationem secuta sint; ea vero, si qua fuerunt, incuriosus scriptor non solum omittit, sed breviter ac dubie concludit narrationem : « Rex, ait, fidelitatem approbans...., racionabile judicavit, ut predicati emendarentur excessus, quod et complere nequivit, quia

1. Mon. S. Dionysii, III, 272. — Haec Jacobus de praedicatione in *Libro de Bonis Moribus* : « Oultre plus il m'est advis que plusieurs sont courroucés quant en prédicacion on parle de leurs péchés, et leur est advis que on parle pour eulx singulièrement, lesquelz sont aucunesfoiz deceuz, car le Saint Esperit administre souvent au prescheur plusieurs choses, qui n'a mye pourpensé par avant. » (MCCCCX), pars IIa, c. IV.

nona die mensis Junii, incidit in egritudinem consuetam ». Cum autem mense Julio Carolus VI e morbo tandem refectus est, Jacobi verba, jam memoria exciderant [1].

VI

Annis insequentibus, nulla Magni supersunt vestigia. Quid de ducis Aurelianensis caede senserit, ignoratur; sed facile conjectari potest eum istiusmodi facinus adeo esse indignatum, ut ex illa die Aurelianensium vel Armaniacensium causae adhaerere coeperit. Nec tunc temporis, res parvi momenti erat : Jacobum enim, cum operum eruditione, tum liberiori oratione insignem, jam alii summa invidia, alii maxima reverentia prosequebantur.

Petrus Salmo certe, qui se ex familiarissimis regis Caroli profitebatur, Jacobum videtur novisse. Anno scilicet MCCCCIX, ille mirabiles regi misit epistolas, in quibus, post multa varie sapienterque admonita, Carolum obtestatur, ut suorum mores castiget et reipublicae ministrorum delicta dignis vindicet poenis; regi imprimis probos et integros adstare consiliarios oportere : « Doit le Roy requérir conseil aux anciens, non pas à tous, mais à ceulx que il saura estre saiges et vertueux et qui par commune renommée sont expers d'eulx gouverner.... Vueilliez amer les sages et preudes hommes qui ament Dieu et raison, et vous gouverner et conseillier par eulx. » Praeterea se addit

1. Mon. S. Dionysii, III, 274.

multa alia de regni administratione in mente habere, quae mandare litteris non deceat. Itaque vehementer efflagitat, ut ad se prudentes bonique viri mittantur, quibuscum colloqui possit, Galesius de Alneio, Carolus de Chambliaco, Eustachius de Atrio, Jacobus denique Magni. Sed rei successus nos omnino fugit [1].

Nec longo post intervallo, Jacobus Armaniacensis notatur ab auctore dicto « le Bourgeois de Paris », qui contra adversae factioni acerrime addictus erat. Exeunte jam anno MCCCCXI, cum postremo arma utraeque partes cepissent, et Aurelianenses Sancto-Dionysio et Sancto-Clodoaldo potiti, Lutetiae moenia urgerent, omnibus in urbe trepidantibus, die tertia decima novembris, Armaniacensis quisque et praesertim qui seditionis auctores habebantur, excommunicatione in ecclesia cathedrali afflicti sunt, ex quibus Jacobum idem commentariorum scriptor ita significat : « Fut ce jour faicte procession générale à Nostre Dame de Paris, et là devant tout le peuple, fut maudicte et excommuniée toute la compaignie des Arminaz, et tous leurs aidans et confortans, et furent nomméz par nom tous les grans seigneur de la maldicte bande, c'est assavoir frère Jacques le Grant, augustin, qui le pis conseilloit de tous, et furent excommuniéz de la bouche du Sainct Père, tellement qu'ilz ne povoient estre absoulz par prestre nul, ne prèlat que du Sainct Père, et en article de mort [2]. »

1. P. Salmo, 33, 102.
2. Bourgeois de Paris, 16.

VII

Paucis autem interpositis mensibus, Jacobus Magni a principibus Armaniacensibus in Angliam legatus est, quod quidem suscepisse, vel illis temporibus, ejus modi viro opprobrio non vertere non possumus.

Sumptis jamdudum armis, cum ab utrisque partibus undique auxilia peterentur, Joannes, dux Burgundiae, primus cum iis qui diuturnas, imo inexpiabiles inimicitias adversus Francorum reges populumque exercerent, incundae societatis exemplum fecit. Perseverabat enim bellum atrox, superiore saeculo ortum, inter Anglos et Gallos. Induciarum igitur fide ab anno MCCCCII rupta, Angli armis Artesiam, Normanniam, Pictaviam, Aquitaniam assidue urgent, nec aliud contendunt, nisi ut in remotiores regni partes irrumpere sibi liceat; quam eis copiam Joannes dictus « Sans Peur », nulla religione tactus, mox sustinet impertiri. Anno nempe MCCCCXI, mense Januario, dux ad Henricum Anglorum regem legationem mittit, quae videtur benigne fuisse excepta [1]. Sic de societate multis diebus inter regis ducisque legatos actum fuit, et felici quidem eventu [2]. Mense

1. Rymer, IV, 184, 188, 189. — Walsingham, *Hist. Anglicana,* II, 286; *Ypodigma*, 433. — J. de Wavrin, III, 135.

2. Mon. S. Dionysii, IV, 474 : «.... Nundum exacto Jullio mense anni, ambo duces contendentes ad regem Anglie miserant et remiserant, velut auxilium petituri... Michi legacionum causam sollicite ex officio sciscitanti responsum est ducem Aurelianensem solum regem Anglie sollicitasse, et jure cognacionis a genitrice procedentis, ne adversarium juvaret, sed ipsum finalibus respondisse timore

autem Octobri Anglorum haud parva manus, cui praeerat comes dictus de Arundella[1], cum Burgundiae copiis castra conjunxit[2]. Tunc increbuit fama per regnum Joannem ducem hostibus rempublicam prodidisse et Henrico fidem pro Aquitaniae et Normanniae cessione, necnon et Flandriae homagio et itinere obligasse[3]. Dux vero Burgundiae litteras ad Aquitaniae ducem misit, quibus sese tantis criminibus purgaret; nec reipsa fieri potuit, ut haec stipularentur[4], sed hoc unum constat Joannem in Anglos milites et comitem praesertim de Arundella, Atrebatibus vel Lutetiae beneficia congessisse, et iisdem ante regem admissis regalia dona procurasse[5]. Deinde, aestivis confectis, fere omnes Angli discesserunt, si Juvenali de Ursinis creditur[6].

Haec omnia operae pretium erat prius memorare,

regnicolarum id non potuisse negasse duci Burgundie, attentis oblacionibus ab eodem sibi factis. » — Vide Rymer, IV, 190, *Pro ambassiatoribus a partibus Franciae.*

1. Monstrelet, VI, *Chron. inéd.*, 212.

2. Ern. Petit, *Itinéraire des ducs de Bourgogne Philippe le Hardi et Jean sans Peur*, 383.

3. Mon. S. Dionysii, IV, 476, 522.

4. Mon. S. Dionysii, IV, 476 : « Quidquid autem vulgus super hoc senserit estimandum, tunc certum est ducem cum prefato rege de connubiio filie sue cum suo primogenito nunciis et apicibus proloquutum, quod et concordatum fuit sub hoc pacto, quod rex comitem de Arundel, octingentos pugnatores et mille sagittarios sibi mitteret adjutores. »

5. Bibl. nat. franç., 25 709, 663. — Juv. de Ursinis, 469. — Coville, *Les Cabochiens*, 36. — Ern. Petit, 383-4.

6. Juv. de Ursinis, 469 : « Le conte d'Arondel fut fort festoyé à Paris par le duc de Bourgogne, et aussi les Anglois... Et puis eurent congé, et s'en allèrent à Calais, vivans sur le pays ainsi que bon leur sembloit. » — Monstrelet, II, 219 : « Et après qu'ilz eurent receu ledit payement, le conte d'Arondel, à tous ses gens, s'en rala par Calais en Angleterre; mais le conte de Kent à toute sa compaignie demoura pour servir ledit duc de Bourgongne. » — Cf. de Beaucourt, *Hist. de Charles VII*, I, 253, n. 1.

quam ad annum MCCCCXII perveniremus, in quo Jacobus noster magnas egit partes. Etenim ejusdem modi societas ac quae inter Joannem et Anglos fuerat, nunc e contrario Armaniacensium et Anglorum res conjunxit. Namque amicitiis id temporis summa mobilitate mutantibus [1], cum mense Januario MCCCCXII, rex Henricus prima pactione devinctum se praestitisset [2], idem sequenti mense Februario cum ducis Burgundiae hostibus de foedere colloquebatur. Ac sane multas anno MCCCCXI Armaniacenses acceperant clades : capta enim urbe quae Ham vocatur, postquam a Flandriae communitatibus desertus, Joannes « Sans Peur » pugna adversus hostes vix constare potuerat, ad Lutetiam accedere eamque tentare Armaniacenses maluerant, ibi autem in fuga consternati fuerant. De tot rebus male gestis, « Monstrelet » sic loquitur : « Et pour ce temps, tous ceulx tenans la partie du duc d'Orléans estoient fort reboutez, et à peine se scavoient ils ou sauver [3] ». Itaque cum partibus periclitantibus ac prope desperatis, Armaniacenses duces nullam aliam superesse viam salutis existimarent, Burgundiae ducis instar, ad Anglos confugere et ab eis auxilium petere constituerunt.

Mense igitur Januario MCCCCXII, prima foederis ab Armaniacensibus facta est mentio, cujus cum alii, tum etiam Jacobus Magni auctor dicitur. Nec multo post, sicut nos litterae XXIV^{mo} die ejusdem mensis

1. Walsingham, *Hist. Anglicana*, II, 288 : « Unde succrevit multis admiratio, qualiter tam repentina facta sit mutatio, ut, sub temporis tantilli spatio, contingeret Anglos velut duo contraria confovere ».
2. Cf. Rymer, IV, ii, 3 (XI^{mo} die Januarii MCCCCXII).
3. Monstrelet, II, 220.

scriptae monent, duces Bituricensis, Aurelianensis, et Borboniensis, et comes Alencii, suo privato consilio, Falconetum de Acheio, Jacobum Magni, « in sacra pagina professorem », Hectorem de « Pontbriant », Petrum de Versalliis, in sacra pagina baccalarium, Galesium de Alneio, Joannem « Louvet », domicellum, « certos et indubitatos et irrevocabiles, ac nuntios et legatos speciales » designaverunt, qui ad Anglorum regem transfretarent, cumque eo « pacta, confoederationes, conventus, tractatus » inirent [1]. Idcirco iisdem legatis datum est negotium de « restitutione et traditione reali ducatus Aquitaniae, cum suis juribus et pertinenciis universis agendi »; permissum etiam, ut pactionem eo ipso modo quocunque placuisset, id est tacto Evangelio tactisve reliquiis jurejurando sancirent. Ceterum vix quatuor elapsis diebus, comes Armaniacensis militem nomine Joannem de Lopiaco, similibus litteris iisdemque conditionibus, pro parte sua ad Henricum IV legavit [2].

Ex his litteris jam suspicari licet qua mercede principes Anglica auxilia sollicitare in animo haberent. Aquitaniam enim ab anno MCLIV Anglorum reges, sed pro homagio variisque servitiis tenebant : nempe anno MCCCXXXIX (xxix^mo^ die Martii) Edwardus III paulo reluctatus, eo tamen adductus erat ut litteris suis patentibus, magno sigillo cancellatis [3], sese hominem ligium Philippi VI, Francorum regis, profiteretur. Cum vero Joannes II pro libertate pacem quæ dici-

1. Rymer, IV, p. II, 4 (XXIV^mo^ die Januarii).
2. Rymer, IV, p. II, 4.
3. Froissart, *Chroniques*, I, 97.

tur « Tractatus magnae pacis Bretigniaci » fecit, Edwardus occasione usus Aquitaniam suam ceterasque terras quae eodem foedere acquirebat, ab omni servitio et homagio solvere conatus est. Octavo scilicet articulo, hoc statutum est : « Accordé est que le roi d'Angleterre aura les contez, citez, chasteaux, terres, pais, isles et lieux avant nommez, avec toutes leurs appartenances et appendances, quelque part que ils soient, à tenir à lui et à tous ses hoirs et successeurs héréditablement et perpetuelment en domaine ce que les rois de France y avoient en demaine, souveraineté ou ressort et aussi en fiez et service que les Rois de France y avoient [1] ». Nec aliter ex litteris Bononiae, XXVI^{mo} die MCCCLX, a Francorum rege datis : « Que led. Roy d'Engleterre et ses hoirs et successeurs auront et tenront perpetuelment tous les païs avant nommez, avec leurs appartenances et appendences... en toute franchise et liberte perpetuele, comme seigneur souverain et lige et comme voisins au Roy et au royaume de France [2]. » De Vasconia autem, de Aquitania et Pictavia, de comitatibus Petragoricensi, Xantonensi, Agennensi, Lemovicensi, Caturcensi, Ruthenensi, Engolismensi, etc., tunc agebatur [3]. Reges vero mox, multarum obliti conditionum, quas Calesii sanxerant, adeo data fide non steterunt, ut haec ipsa foederis pars rescissa videretur. Nulla enim alia de causa Carolus V Aquitanos Barones et imprimis comitem Armaniacensem et seniorem de Alebreto, a Walliarum principe

1. Cosneau, *Les grands traités de la guerre de Cent ans*, 44.
2. Cosneau, 176.
3. Cosneau, 40.

ad Francorum regem appellantes, recipere juris sui censuit. Sic renovato bello, inclytus ille regni constabularius cui nomen « du Guesclin », aliique duces rem tam bene gesserunt, ut, defuncto rege Carolo, Pictavia et major pars Aquitaniae receptae jam essent, atque etiam plurimi ex potentioribus Aquitanis pristini senioris fidei, scilicet Francorum regis, rursus adhaerescerent. Nunc vero elapsis tot annis, quos memoravimus principes, Caroli VI proximi, ad pacem Bretigniaci factam regnum reducere et omnem longi asperrimique belli fructum, quasi uno verbo, abolere non erubescebant.

At rex Henricus, quamvis benigne principum legatos excepisset, fidem tamen quam Burgundiae duci obstrinxerat, primum violare noluit. Namque VI^{mo} Februarii mensis die, cum litteris « salvum conductum » Jacobo Magni aliisque legatis concederet, hoc ipso tempore eum verisimile est cum Joanne dicto « Sans Peur », de amicitia iterum tractavisse; constat certe quatuor interpositis diebus, nuncios ejus ad Joannem esse profectos, qui Walliarum principis et Annae ducis filiae matrimonium conciliarent et foederis participem comitem Carolesii, facerent [1].

Henricus tamen mox in incerto habuit, quid caperet consilii, principum ne conditiones admitteret, an Burgundiae ducis amicitiam colere perseveraret [2]. Iterum igitur quidam, ineunte mense Martio, ab utris-

1. Rymer, IV, II, 5, 6.
2. Cf. Rymer, IV, II, 9 : Litterae super dissensionibus in regno Franciae, de non intromittendo, vicecomiti Kantiae, X^{mo} die Aprilis MCCCCXII, Monstrelet, II, 247.

que legati sunt, regis animum ad se pari studio convertere nitentibus. Sic Joannis jussu, prudentissimi viri, qui Gallico [1] sermone nominantur « Martin Porée, évèque d'Arras, le prévôt de Saint-Donat de Bruges, le prévôt de Saint-Omer et le seigneur de la Viefville », Henricum IV adierunt qui nuptialem pactionem jam inceptam perficerent. Rex vero his diebus Rochesteriae morabatur, ut sequentia apud « Monstrelet » verba, si quidem ea licet excerpere, testantur : « Lesquels ambaxadeurs... furent du Roy et de ses enfans honorablement receus et festies, et après ce que à certain jour,... ils eurent bien et à point remonstré en la présence du Roy, de ses enfans et de son conseil tout l'estat de leur ambaxade, et que de ce ils eurent eu la response assez agreable, et aussi que plusieurs dons leur eust esté fais par led. Roy, retournèrent à Douvres et de là à Calais [2]. »

At legatis Armaniacensibus varii intervenerunt casus. Hoc enim ipso tempore, quo Atrebatensem episcopum adeo comiter excipiebat, Anglorum rex « salvo conductu ambassiatores principum Franciae » instruxit [3], id est Falconetum de Acheio, Jacobum Magni, Hectorem de « Pontbriant », Petrum de Versalliis, etc. Sed non incolumes Anglicum littus attingere potuerunt, et praesertim Jacobum nostrum inaudita calamitas afflixit.

Sexto enim die Aprilis MCCCCXII, tertio autem post Pascham, Francorum rex Carolus VI consilium magno

1. Monstrelet, II, 232.
2. Monstrelet, II, 233.
3. Rymer, IV, II, 8.

apparatu habuit, cui cum aliis interfuerunt : « le roy de Cécile, les ducs d'Aquitaine, et de Bourgongne, le comte de Charrolois, de Nevers, de Mortaigne, messire Giles de Bretaigne, le chancelier de France..., les évesques de Tournay, d'Amiens, de Constance et d'Aucerre, le recteur de l'Université, le prévost de Paris et plusieurs autres tant du conseil du Roy, comme les bourgeois de la ville et les clercs de l'Université ». In hoc consilio de summis rebus deliberatum, an de integro bellum adversus Armaniacenses vere primo instaurandum esset hostesque pertinaciter insequendi. Cum autem rex tot inexpiabiles iras mitigare vellet, belloque adversari videretur, Aquitaniae ducis cancellarius, Joannes de « Nielles » dictus, omnibus stupore silentioque defixis, enarravit nuperrime regis consiliaros sibi culeum quemdam commisisse, in quo epistolae aliique commentarii essent reconditi; ea vero omnia, Jacobo Magni ceterisque principum legatis, cum jam in Angliam transgressuri essent, a ballivo Cadomensi (vel a Bononiensibus piscatoribus [1]) erepta fuisse : « Ainsi qu'ils passoient parmy le pays du Maine, pour aler en Bretaigne et de là oud. pays d'Angleterre, furent poursuys par le bailly de Caen en Normandie. Lequel à l'aide d'aucunes communes qu'il assembla, les rua jus et en print une partie, avecques tous lesd. seellez et instructions et autres besongnes qu'ils portoient. Et les autres se saulvèrent où ils porent le mieulx. Après laquelle destrousse, toutes icelles besongnes furent par icellui

1. Cf. Le Fèvre de Saint-Remy, II, 389.

bailli envoiées à Paris devers le roy et son grant conseil, closes et scellées en ung sac de cuir [1]. »

Praeterea de ipsis epistolis Joannes « de Nielles », haec audientibus exposuit : « Et récita led. chancellier d'Aquitaine, comment en icellui sac avoit trouvé quatre blans seellez de quatre grans seaulx et signez de quatre signes manuelz, c'est assavoir de Berry, d'Orléans, de Bourbon et Alençon, et en chacun blanc estoient leurs noms escrips dessus leurs seaulx en marge, et n'y avoit point autre chose escript. Et aussi avoit on trouvé plusieurs lectres closes de par le duc de Berry, adréçans au roy d'Angleterre, à la Royne et à leurs quatre filz, et pareillement au duc de Bretaigne, au conte de Richemont et à autres grans seigneurs d'Angleterre. Si y avoit plusieurs autres lectres esquelles point n'y avoit de suspicion, qui toutes estoient de crédence pour le dessus d. Faulcon et frère Jacques (le Grand) [2], adréçans aud. Roy et à la Royne, lesquelles furent là leues publiquement... Et si y avoit un petit codicille par manière de libelle contenant une feuille de papier, ouquel estoit l'instruccion desd. ambassadeurs, et fut leu publiquement [3]. »

Quin etiam ex Jacobi Magni chartis, libellus quidam recitatus est, qui memoria nobis dignissimus videtur. « Et après fut monstré par led. chancellier d'Acquitaine ung petit advisement, lequel led. frère Jaques

1. Monstrelet, II, 236, 240. — Walsingham, *Hist. Anglicana*, II, 287. — Wavrin, III, 140. — Mon. S. Dionysii, IV, 626-628. — Juv. de Ursinis, 470.

2. Erravit autem M., cum « Petit » pro « le Grand » scripsit, II, 237.

3. Monstrelet, II, 238.

(le Grant) avoit fait sur le gouvernement de ce royaume, contenant plusieurs articles; et fut leu publiquement. Entre lesquelz estoit que sur ung chascun arpent fuest imposé ung aide qui seroit nommé fons de terre. Et que pareillement qu'on a greniers à sel en ce royaume, on ait aussi greniers à blé et d'avoine, au prouffit du Roy. En oultre que toutes les maisons ruineuses et terres inutiles feussent réparées et cultivées, ou autrement feussent forfaites et acquises. En oultre que tout homme qui ne seroit noble feust contraint à ouvrer et labourer, ou qu'il soit bouté hors du royaume. Et aussi que en ce royaume ne ait que une mesure et ung pois. Item que les duchez de Luxembourg et de Lorraine feussent conquestes et aussi les contez de Prouvence et de Savoye. Item que l'Université soit mise hors de Paris, et qu'on en feist une nouvelle pleine de preudommie [1]. »

Monacho autem Sancti Dionysii auctore, perlectis litteris libelloque, tanta fuit admiratio tantaque invidia, ut exinde Jacobi Magni nomen multis probris undique increparetur [2].

Ereptis autem litteris, legati coeptum in Angliam non peregerunt iter. Sed paulo post, novissimam, id est tertiam legationem, ut ait Joannes Faber de Sancto Remigio, assumpserunt : « Aultre ambassade fut faitte de par les duz de Berri, de Bourbon, d'Orléans et conte d'Alenchon, oyans les nouvelles de la maulvaise adventure de leurs gens... Pourquoy eulx tous ensemble conclurent de rechief d'envoyer devers le

1. Monstrelet, II, 241.
2. Mon. S. Dionysii, IV, 626.

roy d'Engleterre, pour avoir secours et ayde. Sy ordonnèrent leurs ambassadeurs et les envoyèrent en Engleterre; lesquelz se gardèrent mieulx que la première fois [1]. » In Anglia vero diu commorati sunt : nam mense Junio, Caroli VI emissarius quidam, trans mare occulte missus, Jacobum Magni et Petrum de Versalliis obvios habuit [2].

Regem Henricum Jacobus ejusque comites in urbe quae « Eltham » vocatur, convenerunt, eique primum commemoraverunt quot et quantis casibus in itinere nuper afflicti fuissent. Chronicis autem Britanniae Magnae, Joannes de « Wavrin » ea omnia mandavit his verbis : « Demanda le Roy aux ambassadeurs qu'ilz exposaissent leur légation, ce qu'ilz firent en lui baillant les scellez de leurs maistres et luy racontèrent comment n'avoit guères de tempz, les ducs qui là les envoioient et leurs alyez avoient mis sur une notable ambassade pour venir vers luy, aportans lettres et scellez blancz de par leurs seigneurs, lesquelz en chemin avoient esté ruez jus, leurs lettres prinses et la plupart d'iceulx détenus prisonniers. Le roy d'Angleterre leur respondy qu'il lui pesoit de ceste adventure, et que bien eust voulu que sans encombrier feussent arrivez vers luy. Et lors finablement après plusieurs secrez consauls que iceulx ambasadeurs eurent avec le roy Henry, moiennant les scellez et les lettres de crédence, traitèrent tant qu'il feust concleut d'envoyer aux seigneurs dessusd. le nombre de gens qu'ils avoient requis [3]. »

1. Le Fèvre de Saint-Remy, I, 58.
2. Mon. S. Dionysii, IV, 658.
3. Wavrin, III, 147. — Haec etiam longius enarrantur apud « J. Lefèvre de Saint Remy », I, 58.

Sed quid plura de Anglorum regis et legatorum colloquio? Pactum enim quod inter eos convenit, exstat, latine in amplissima foederum collectione quam « Rymer » de Anglicis rebus congessit, gallice apud « Monstrelet[1] ». Hic est ipsius pacti titulus, haec est summa :

Concordia appunctuata inter regem et confoederatos principes Franciae.

I. — Principes, qui supra enumerantur, scilicet Joannes, dux Bituricensis, Carolus, dux Aurelianensis, Joannes, dux Borboniensis, Joannes, comes Alencii, « exponent personas suas suaque corpora pro rege Angliae et suis haeredibus — in omnibus suis bonis atque justis querelis, quotienscunque per regem Angliae, ducem Aquitaniae aut ejus haeredes fuerint requisiti. — Inter quas quidem justas et rationabiles querelas regis Angliae, praefati domini — recognoscunt quod haec est una et justa querela, quam habet pro ducatu Aquitaniae rehabendo, cum suis juribus et pertinenciis universis, cum sibi debeatur jure hereditario — ut ipsimet etiam recognoscunt. »

II. — Ipsi sese « juxta domini regis providentiam atque discretionem », cum omnibus liberis, propinquis et subjectis, « offerunt ».

III, IV. — « Offerunt etiam villas, castra, thesauros et universaliter omnia bona sua mobilia et immobilia in auxilium — et singulos eorum amicos et universaliter omnes eis adhaerentes, fere omnes nobiles

1. Monstrelet, II, 339. — Rymer, IV, II, 12. — Beaucourt, *Histoire de Charles VII*, I, 252.

Franciae, clericos solempniores, cives atque mercatores honestiores. »

V. — Quod vero ad ducatum Aquitaniae pertinet, « parati sunt restituere et realiter restituent — regi Angliae, suisve heredibus — omnimodam et quamlibet partem ducatus Aquitaniae, extra manus domini nostri regis Angliae jam de facto existentem, cum omnibus suis juribus et pertinenciis — ita integre et in tam plena libertate, sicut aliquis praedecessor — unquam possidebat ».

« Recognoscunt igitur castra, villas firmatas seu clausas et alia domania existentia in — ducatu, quae pro nunc obtinent, se tenere a rege Angliae, duce Aquitaniae, tanquam ab eorum domino duce Aquitaniae, et post eum a suis haeredibus — per homagium. »

« Declarant quod tam ipsi quam eorum subditi in — ducatu fere mille et quinquaginta fortalitia obtinent, pro et de quibus faciunt et facient ut jam dictum est. »

Ex quibus fortalitiis, principes pacto viginti praecipue castra, « quae nomine communi dicuntur regalitati pertinere », Anglorum regi tradent.

Quin etiam « ea — fortalitia — ducatu pertinentia, quae eorum potestati et ditioni non sunt supposita, — pro viribus fideliter atque diligenter conquestabunt. »

Rursus autem Anglorum rex, mira officiorum mutatione, Bituricensi duci concedit « ut habeat integre ex concessione et investitura regis Angliae, ducis Aquitaniae, ejus domini, comitatum Pictavensem, vita

comitis duntaxat. « Nam » post decessum praefati ducis — comitatus Pictavensis ad regem Angliae et suos haeredes integre et pleno jure revertetur et remanebit in perpetuum. »

Eadem ratione denique dux Aurelianensis comitatum Engolismensem « ad totum terminum vitae suae » tenebit, etc.

VI, VII. — « Rex Angliae dictos dominos defendet et ut eorum verus dominus impendet auxilium et succurrum, et in quantum eo erit de duce Burgundie eis faciet justitiae complementum. »

VIII. — « Appunctuatum est quod auxilium per dictos dominos pro praesenti requisitum, mille hominum armorum et tria millia sagittariorum arripient iter suum usque Blesii meliori modo et ibi recipient vadia sua a dictis dominis. »

Haec omnia octavo die mensis Maii, anno MCCCCXII, ab utraque parte pacta sunt et subscripta [1].

Quid de istius modi foederis dicamus, nisi illud esse argumento Jacobum nostrum, tanti sceleris participem, quae sit patria, quanto amore quantaque fide colenda ac tuenda sit, prorsus ignorasse. Adeo tunc temporis, immania civilium bellorum odia in animis

1. Adde « Formam concordie memorate per dictorum principum ambassiatores, in eorumdem animas juratae » (Rymer, IV, II. 14) : « Omnibus ad quos praesentes litteras pervenerint, Jacobus Magni, in sacra pagina professor, Ector de Pontbriant, Petrus de Versallis, in sacra pagina bachalarius formatus, et Galesius de Acheyo, miles, ac Johannes Louveti, domicellus, procuratores, nuncii, legati, sive ambassiatores nostrorum et potentum dominorum, etc.... ad quas quidem conventiones... bene et fideliter ex parte dominorum nostrorum... tenendas et realiter perficiendas, nos... omnes et singuli supra Sancta Dei Evangelia, corporaliter per nos tacta, in animas Dominorum nostrorum juramentum praestitimus corporale.... » (XVIII^{mo} die Maii.)

humanitatem obruebant naturamque vincebant! Quod optime Joannes « de Wavrin » ipse dixit : « Tant estoit grande la hayne des seigneurs dessus nommez à l'encontre du duc de Bourgongne, qu'il ne leur challoit quel chose ils feissent, moiennant qu'ils pussent estre vengiés de lui et le mettre en dessoubz [1] ».

Ceterum foedissima pactio frustra fuit. Nam rex Henricum, etsi ad hoc bellum celeriter facto opus erat, subsidia non ante mensem Augustum submittere potuit. Principes vero in oppido Bituricensi obsessi, postquam acie, sed non feliciter, decertaverant, mense Julio, coacti sunt a Carolo VI et Burgundiae duce pacem petere; postremo ab armis Autissiodori (XXIII^{mo} die Augusti MCCCCXII) aequis legibus discesserunt, hoc primum polliciti se regis Anglorum amicitiam publicis litteris in posterum esse repudiaturos [2].

VIII

Soluto foedere, Jacobus Magni tamen apud principes in magno honore permansit et gravissimis factionis auctoribus semper adnumeratus est.

Cum enim devictis Parisiorum laniis, elapso duce Burgundiae, dux Aurelianensis, magno baronum sociorumque agmine stipatus, urbem inveheretur, inter primores, juxta Siciliae regem et Borboniensem ducem et archiepiscopum Senonensem, frater ille ordinis Heremitarum S. Augustini incedebat [3].

1. Wavrin, III, 143.
2. Beaucourt, *op. cit.*, I, 253. — Coville, *op. cit.*, 156-157.
3. Monstrelet, II, 402.

Sed ex illo die, nihil certum de eo, praesertim in XV^mi saeculi chronicis reperire est. Quod si de reliquis vitae annis ac morte ex Augustinianis aliisque ecclesiasticis auctoribus quaerimus, contraria inter se et repugnantia offendimus [1].

Pamphilus enim et Elssius et Oudinus et Ossinger contendunt « cum esset a secretis confessoribus Caroli VII Francorum regis, electum archiepiscopum Burdigalensem, dignitatem recusavisse [2] ». Gandolfus quoque : « Cum autem rex Carolus VI praeclaras virtutes et qualitates Jacobi prospexisset, ei archiepiscopatum Burdigalensem obtinuit, sed noster cognomine Magnus et doctrina, maluit in minimis ob humilitatis amorem permanere, quam in altis cum periculo spirituali versari [3] ». Sed ex catalogo Burdigalensium praesulum, Danielem Montisferrandi ministerium archiepiscopale in hac civitate ab anno MCCCCXIII mense Maio ad annum MCCCCXXX, exercuisse patet [4]. Jacobum autem, Carolo VI regnante, ante anni MCCCCXIII mensem Maium electum fuisse aut vitam usque ad

1. Erravit Herrera, cum dixit : « Quanto autem post annum MCCCCIX supervixerit, imo an usque ad illum pervenerit, affirmare non audeo. » (II, 249.)

2. Pamphilus, 72 v°. — Elssius, 312. — Oudinus, III, 2292. — E. Dupin, XIVme saec., 298. — Warton, 57. — Cf. de Lurbe, f° 33 : « Jaques de Eubio de Tolède, appellé le Grant, de l'ordre des Augustins, et sçavant aux lettres sainctes et profanes, refuse l'archevesché de Bourdeaux, à laquelle il avoit esté appellé. »

3. Gandolfus, 191 : « Quia archiepiscopatum recusavit, ipsius in laudem cecinit meus Nicasius Baxius, Belga (17) :

Praesulis eximios hic non admisit honores;
Coetera sub Magni nomine magna latent. »

Quod vero ad Nicasium Baxium pertinet, cf. Andreae Valerii *Bibliotheca Belgica manuscripta*, 677.

4. *Gallia Christiana*, II, 840.

annum MXCCCCXXX produxisse haud verisimile est.

Auctores nostri et imprimis Pamphilus Jacobum etiam in numerum Caroli VII regis confessorum adscribunt[1]; quorum Gandolfus testimonium sic emendat : « A Michaële Creneio, episcopo Autissiodorensi et regii principis confessario valde dilectus cum fuisset, eidem tria opera quae vidi, dedicavit, ipsique in regis Caroli VII, ante adeptum regnum, non sexti ut aliqui corrigendo scribere volunt, in confessarii munere successit[2] ». At, nisi fallor, Gandolfus, *Sophologii* prooemium male interpretatus, parum attendit episcopum Autissiodorensem non « principis regii » Caroli, id est Caroli VII, ante adeptum regnum, sed « principis Regis », seu Caroli VI ibi designari confessarium[3].

Si revera de Carolo VII, jam adolescente, agitur, Girardus Machet, non Jacobus tunc a confessionibus fuisse videtur, quippe qui annis MCCCCXVIII, MCCCCXIX, MCCCCXX hoc officio functus sit[4]. Itaque utrius regis Caroli, sextine an septimi, et quibus annis Augustinianus noster regius confessor fuerit, parum compertum est[5].

Ejusdem etiam de morte haud plura tenemus. In

1. Pamphilus, 72 v°. — Elssius, 312. — Possevinus, I, 788. — Oudinus, III, 2292. — E. Dupin, XIVme saec., 298. — Warton, 57. — J. Lelong, 322.

2. Gandolfus, 191.

3. Certe Michaëlem de Creneïo, non Caroli VII, sed Caroli VI annis MCCCXC-MCCCCIX confessorem fuisse constate *Gallia Christiana*, XII, 324.

4. Vallet de Viriville, *Nouv. Biographie générale*, art. G. Machet. — Beaucourt, *Hist. de Charles VII*, I, 63.

5. Herrera : « Difficile est creditu, quod Caroli VII, qui anno 1422 regnare coeperit, fuerit, post adeptum regnum, confessarius; unde potius dicendum vel fuisse post obitum Michaëlis ab anno 1409 Caroli VI a sacris confessionibus ». (II, 249.)

Elssii catalogo : « Maluit inter libros suos et scholasticos pulveres Parisiis mori, ibique apud suos sepeliri, quam alibi in specula periclitari. Floruit anno MCCCCXXII[1]. » In Oudini etiam de Scriptoribus libro : « Obiit Parisiis, in ecclesia fratrum Heremitarum S. Augustini sepultus. Vivebat anno MCCCCXXV[2]. » At Gandolfus eum « decessisse secundum aliquos anno MCCCCXV vel MCCCCXXII » existimat[3]. Sic obiit « bona senectute » circiter annos intra MCCCCXXII ac MCCCCXXV. Parisiisne in magno Augustinianorum conventu, an Pictavii de vita migraverit, ambigitur. Pamphilus, Gandolfus, Elssius ceterique Augustiniani, quasi una voce eum Parisiis extremum aetatis tempus consumpsisse dicunt. Sed ex duabus ignota manu exaratis notis, Jacobum Magni Pictavii mortuum esse apparet. Nempe in quodam ex libris magni conventus Parisiaci codice, varia Jacobi opera complectente, haec XVI^mo saeculo scripta videre est : « Epitaphium fratris Jacobi Magni, Parisiensis, in sacra pagina licenciati, actoris hujus voluminis et plurimorum aliorum, filii hujus conventus, qui Pictavis sepultus, honorifice jacet ante altare majus[4] ». Ita in volumine Parisiaco, cui Philippus Bergomas « *Supplementi Chronica* »

1. Elssius, 312.
2. Oudinus, III, 2292. — Pamphilus, f° 72 v° : « Obiit Parisiis, et in ecclesia nostra S. Augustini sepultus jacet ».
3. Gandolfus, 191. — Possevinus, I, 788.
4. Arsenal, 542, f° 81 :

In fluvium Magnus crescentis fontis hic instar,
Sub tellure jacet Jacobi corpus venerandi,
In populos cleri dicti cognomine Magni.
Magnus nempe fuit, non tantum nomine functus,
Parisios inter doctores ordinis hujus,
Qui innumeras hausit studiis noctesque diesque,

inscripsit, hoc in margine testimonium subjungitur : « A Parisiensi [U]niversitate recessit... ad Pictavenses... se transtulit, [i]bi... Deo animam... [r]eddidit in [con]ventu S. Augusti[ni]... [Co]rpus ejus sepultum jacet ante majus altare [1] ».

Eterne referens condigna premia laudis,
Parisiusque sibi, nunc Pictavis hospita tanti,
Cui prefata dedit hunc parta licencia birri,
Sed non ante tulit quam laurea vel potiretur,
Cujus vivit adhuc nostris sua fama superstes
Temporibus, quem nulla queat delere vetustas.
At quecumque cupit ejus delitescere sonpta
Posteritas, monumenta legat : sic grandia noscet.
Novorum, veterum interpres Jacobus loquiorum,
Magnus doctor tot scripsit quot quis eorum
Carminis eloquiique modos sacrasque viasque,
Et que conveniunt multis communibus artes,
Quo duce jam veniunt Pargnasi a vertice Muse,
Hinc ejus anime divos pro munere honores
Vera sophia ferat, conculcans Tartara manes.
Amen.

1. Bergomas, f° 268 v°. (Bibl. nat., Imp. invent. G. 801.) — Denique Herrera : « Quod M. Marquez (cap. 15, § 2, p. 278) arbitratur eum Constantiensi interfuisse, falso innititur fundamento. Etenim ille Jacobus cujus mentionem (lib. XII, cap. 475), fecit Hieronymus de Zurita, non Francus, sed Castellanus, neque Heremita, sed Minorita fuit. » (I, 249.)

CAPUT II

DE VARIIS JACOBI MAGNI OPERIBUS

Multa reperiuntur, inter ignobiles bibliothecarum codices, Jacobi Magni opera, non modo ab eruditissimis viris non perlecta, sed ne titulis quidem cognita. Dubito etiam num cuiquam post decimum quintum saeculum tot et tam fastidiosa volumina evolvere operae pretium visum fuerit. Sed quoniam Jacobi vitam et opera ad legentium cognitionem transferendi munus assumpsimus, quicquid tanto labore conscripsit, ea vero imprimis quae ex ejus scriptis replicavimus, vel cum magno taedii periculo, singillatim exsequi debemus.

I

E variis Jacobi Magni operibus, quorum scriptores ecclesiastici nobis memoriam servaverunt, alia sunt deperdita, alia forsan in externis bibliothecis latitant, quasi sepulta, sed, si titulis creditur, minime desideranda :

I. — *Compendium utriusque philosophiae*, dedicatum Michaëli de Creneio, episcopo Autissiodorensi, sic incipiens :

« Illustrissimi principis regis Francorum, devotis-

simo confessori, domino, Michaëli, divina providente gratia, episcopo Autissiodorensi, humilis sui patrocinii capellanus, frater Jacobus Magni, ordinis eremitarum Sancti Augustini, continuum famulandi affectum. Compendium philosophiae quod studentium, sociorumque meorum contemplatione compegeram, vestrae paternae dominationi, solito more, decrevi adscribere, quod etiam nulli hominum hucusque adscripseram.... »

« In fine adest : Explicit praesens opus, complete scriptum in vigilia Nativitatis B. Mariae Virginis, anno Domini MCCCCII [1]. »

II. — « *Libri Genescos versio Gallica*, ut ait Jacobus « Lelong », ex Latino confecta a Joanne (*sic*) le Grand.... V. praefatio codicis msc. ...in Sacram Scripturam MCCCCLXII scripti, qui asservatur Parisiis in bibliotheca Navarraea ». Nempe in eodem codice haec legimus : « A l'aide de Dieu le Tout-Puissant, j'ai entencion, moiennant sa grâce, pour mon exercite et pour satisfaire au désir d'aucun de mes proismes amis de extraire le françois du latin du livre de *Genesis*, selon l'exposicion de maistre Nicole de Lira, selon aussy l'exposicion que fist ung vénérable docteur maistre Jacques le Grant, qui translata ce livre de *Genesis*, de latin en françois avec son exposicion, de qui la manière de procéder, jai entencion de tenir [2]. »

II *bis*. — *Expositio litteralis mystica,* seu *Postilla*

1. Gandolfus, 191. — Warton, 57. — Antonio, II, 204. In *Gallia Christiana*, XII, 326. *Compendium* injuria *Sophologium* dicitur : « Jacobus Magnus Augustinensis Michaëli dicavit philosophicum compendium dictum Sophologium ».

2. Bibl. Mazar., 630-631. — Berger, *La Bible française au Moyen Age*, 308-373. — R. Simon, *Critique de Dupin*. I, 392-397.

in Genesim, de qua P. Bergomas « super ceteros sui temporis meliorem super Geneseos librum atque egregias expositiones reliquit »[1]. Episcopo Autissiodorensi iisdem poene verbis ac *Compendium*, mittitur. Incipit prologus : « Sacri eloquii dogmata nuper cum cernerem, penes me conclusi, nil studio dignius facere Scripturae, quam Deo inspirante suscepimus... » Sic autem desinit : « Et licet mea non possit intercepto labori sufficere aetas, quia tamen etiam ultra vires bonum intercipere temeritas non est, dum tamen spes in Deo praestituta sit, ideo praesens onus ultra vires assumpsi, divinae supplicans immensitati, ut meam suppleat fragilitatem, exiguamque valetudinem augere dignetur ». Gandolfus autem ejusdem expositionis codices Romae in Angelica et Ratisponae[2] asservatos indicat[3].

III. — *Commentarii in utriusque Testamenti libros.* Pamphilus enim Jacobum « universam ferme scripturam annotationibus exornavisse » docet[4].

IV. — *Quaestiones in libro Aristotelis de Anima.* « Fertur varia opera edidisse, ait Pamphilus, quae Bononiae a Bibliotheca conventus nostri Sancti Jacobi erepta fuere, et ego memini me vidisse *Quaestiones* optimas in libro Aristotelis *de Anima*, quas, ut in

1. Bergomas, f° 268 v°. — F. Justinianus, *Elenchus auctorum qui in Sacra Biblia scripserunt*, 5.

2. De codice Ratisponensi, dixit Ossinger : « In cujus fine haec leguntur « descripta per Michaelem Kreudl de Novo Foro Cursore, anno MCCCCLXX, die 21 Julii in solemni studio et conventu Tolosano », p. 533. Nunc vero in Bibliotheca regia Monacensis, Cod. lat. n° 18 025, asservatur.

3. Gandolfus, 191. — Cf. J. Lelong, *Bibliotheca sacra*, 322. « Expositio in Genesim, Gallice, 2 vol. in-fol. Parisiis, Bibl. Navarraea... » Vide supra.

4. Pamphilus, 72 v°. — Chopinus, 118. — Antonio, II, 204.

principio notatum erat, Patavii edidit et disputavit [1]. »

V. — *Sententiarum commentatio*, in IV libris. Nam a Possevino, in *Bibliotheca selecta*, « unus ex iis qui scripserunt in Magistro sententiarum » Jacobus designatur [2].

II

Nunc vero de ceteris Jacobi scriptis, jam editis, vel in codices Parisiacos insertis, longius disserere oportet. Quin etiam ea quae inscribuntur : *Sophologium*, *Archiloge Sophie*, *Livre de Bonnes meurs* singulis cujusque capitulis inspicientur.

I. — *Prima pars abbreviationis primae partis libri dicti : Dictionarium*, compilata a fratre Jacobo Magni, ordinis fratrum Heremitarum S. Augustini, scilicet ab ejus inicio, usque ad vocabulum : *custodire* [3].

Dedicatur « provincialis priori generali ordinis S. Augustini », quem Jacobus talibus verbis compellat :

« Sacre pagine dignissimo confessori fratri Bernardo provincialis priori generali ordinis fratrum Heremitarum S. Augustini, humilis ejusdem voti obediencie filius, frater Jacobus Magni, cum affectu famulandi presens obsequium. Mea non dudum racio suadebat opus Dictionarii sua prolixitate fore tediosum, nimiaque facultate pauperibus emptiturum, atque sui honerositate minus obsequiosum. Ut igitur omnibus prodesset, quod pro omnibus

1. Pamphilus, 72 v°. — Warton, 57. — Antonio, II, 204.
2. Possevinus, *Bibl. selecta*, 131. — Vide infra, VI, 13 (Arsen., 542, f° 29).
3. Bibl. nat., lat., 15,137. — Bibl. Tolosana, 745.

factum esse putatur, sub presenti brevitate, ipsum redegi, sic tamen ut nulla dictio, divisio, distinctio, auctoritas, figura vel hystoria utilis pretermittatur; sed tantum modo actoris eloquium, quod stilo sic satis communis habetur, prescindetur. Sunt autem in praesenti opere omnes fere dictiones que in concordanciis communibus habentur, et fere mille et ducente superadduntur. »

Auctor vero multo deinde sermone enucleare conatur, et qua ratione Dictionarii abbreviatio composita sit, et qua variis illius divisionibus legentes uti possint [1].

In prima abbreviationis parte, DXXIII numerantur vocabula, vel ut de Jacobi verbis nihil commutem, dictiones. Quod vero Dictionarium « sua prolixitate tediosum sub presenti brevitate » Jacobus redegerit, Oudinus nobis sic aperit : « Aggressus est abbreviare *Dictionarium morale biblicum* Petri Berchorii, ordine alphabetico digestum, cujus prima pars per litteras A. B. C. tantum habetur ms. in Bibloitheca Sancti Victoris... At si hunc laborem ad finem adduxit Jacobus Magnus, opus istud non minus ipso Dictionario Berchorii fuit [2]. » Dictionarium autem morale, Repertorium etiam vocatum, Avenione a Petro Ber-

1. Hic est finis : «... Hec igitur omnia penes me attendens, dignum judicavi, Deo prestante, pro predictorum addicione insudandum, quod et si facere Dominus concesserit, melius tamen arbitror dictiones superaddendas in volumine segregato notari, quae infra opus hoc numeravi, quia cum dictionarium signanter extensum in pluribus locis per universum habeatur, sanum est ut in suo more et ordine retineatur. Posco igitur, pater, ut vestro sic dirigar benigno favore, quociens prelibatis et similibus insistere possim. Amen. »

2. Oudinus, III, 2292.

chorii [1] per annos quinque multo labore exaggeratum (MCCCXXXV-MCCCXL), sed tempore propter indigestam libri molem exoletum ac derelictum superest. Conferendae sunt exempli gratia aliquot Dictionarii Abbreviationisque dictiones :

REPERT. MORALE [2].	PRIMA PARS ABB.
Abducere, idem quod tollere, separare, removere, sicut testatur Apostolus : Doctrinis variis et peregrinis abduci. Vide autem in titulis supradictis.	Abducere, inquit Apostolus : Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci, id est seduci.
Acetum : Cum acetum sit res acra et mordificativa, possumus notare quod per acetum potest omnis asperitas denotari, sive bona fuerit, sive mala. Et sic dico quod per acetum potest intelligi : Compassio divinae passionis, contritio mentis affectionis, afflictio mundi tribulacionis..., destructio futurae dampnacionis, quia valde sunt paucae auctoritates. De passione enim dicitur, cuilibet anime devote illud, Ruth, II : Accede huc et intege buccellam tuam in aceto. Et cetera inde in tabula.	Acetum, significare potest compassionem dominicae passionis, juxta illud : Intege buccellam tuam in aceto.

II. — *Collectio sententiarum,* ex quibusdam philosophis, per Jacobum Magni Augustinianum.

His in fronte verbis dedicatur libellus Lorentio Anglici :

« Predilecto socio ac constudenti fratri Lorencio Anglici, ordinis fratrum Heremitarum S. Augustini,

1. Pannier, *Notice biographique sur Pierre Bersuire* (Bibl. de l'École des Chartes, XXIII, 1872).
2. Bibl. nat., lat., 14,270.

humilis studens ejusdem ordinis frater Jacobus Magni, sincerum in Christo salutis affectum, ut Aristotelis, Senece, Boëcii dicta communiora promptius occurrant, hujus modi redacta [1]. »

Dicta enim communiora, alphabetico ordine distributa, sub CCCLXXVI variis titulis describuntur. A primo autem titulo, ceteros disces :

« *Abstinencia, sobrietas, jejunium, temperancia.* — Temperancia magis eligenda est in juvenibus quam senibus, quia juvenes plus molestantur concupiscenciis, *III Ethicorum.* »

« Non facile potest invadi qui est sobrius, sed qui est ebrius, nunquam est vigil, sicut qui est dormiens, qua propter ebrietas et sompnium debent vitari, *IV Ethicorum.* »

« Jejunia, calefacencia sitim faciunt, *Libro de senectute et juventute.* — A commessacione nimia et superfluitate abstinere, est summa medicina, *Libro de regimine principum.* »

« A verbis turpibus abstine te, *Seneca, de fortuna vite.* »

III. — *Chronicon imperiale*, ab origine mundi usque ad pontificatum Innocentii IV [2].

Quae quidem Chronica, ex Eusebio aliisque cum veteribus, tum recentioribus scriptoribus desumpta, quamvis ab Hebraeis, et Graecis Romanisque exorsa, res etiam sub Germanis imperatoribus gestas usque ad Fredericum II revolvat, nihil novi, nihil proprii nobis praebuit.

1. Arsenal, 481.
2. Arsenal, 542, ff. 40 v°, 68.

IV. — *Tractatus de arte memorandi*, seu liber de artificiali memorandi habilitate [1].

Is e quintis partibus constat, quas Jacobus in prooemio breviter designat :

« Presens liber in quinque partes dividitur : prima pars erit de qualitate vel quartarum [2] impectorandarum ; — secunda erit de modis legendi, studendi atque impectorandi ; — tercia erit de horis et tempore ; — quarta erit de situ et loco ; — quinta erit de metris et quibusdam aliis necessariis ad artem presentem. »

Inanem, ut nunc opinamur, artem, nobis certe inaudita verba parum commendant.

V. — *Aliqua originalia ad laudem sacre scripture*, in quibus nulla nobis occurrit sententia digna quam decerperemus, sed multorum Medii Aevi scriptorum nomina et opera enumerantur [3].

VI. — *XV sermones* :

1° Confide, fili... — Ad clerum, dominica VIII^a^ post Penthecostem [4].

2° Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. — Sermo ad clerum, dominica prima Adventus [5].

3° Ecce rex tuus venit tibi. — Sermo ad clerum, de eadem dominica [6].

4° Gaudete in Domino semper. — Sermo ad clerum, dominica II^a^ vel III^a^ Adventus [7].

1. Arsenal, 542, ff. 76-79.
2. Quid hoc ipso verbo sibi voluerit Jacobus, nos adhuc fugit.
3. Arsenal, 542, ff. 68-76.
4. *Id.*, f° 1.
5. *Id.*, f° 3 v°.
6. *Id.*, f° 6.
7. *Id.*, f° 9.

5° Illud erat mutum.... — Sermo ad clerum, dominica IIIa Quadragesime [1].

6° De sancto patre Augustino : Lux in tenebris lucet. — Collacio ad clerum, in die B. Augustini [2].

7° Ascendisti cubile patris tui. — Collacio ad clerum in die Ascensionis Domini [3].

8° Ab eterno ordinata sunt. — Collacio ad clerum die natalitatis B. Marie [4].

9° Mandata mea servate. — Collacio ad capitulum generale, sancta in vigilia Penthecostes [5].

10° Videns civitatem, flevit super illam. — Collacio ad capitulum provinciale (exhortacio ad fratres Augustinianos, ut optimum presidentem eligant [6]).

11° Sermo ad clerum, dominica tercia post Penthecostem (*deest* [7]).

12° Venit plenitudo temporis. — Sermo ad clerum, dominica infra octabas nativitatis Domini [8].

13° Lectio de sententiis Petri Lombardi : Reverendi magistri dominique mei prestantissimi... [9].

14° Lectio super Bibliam : Reverendi magistri et domini patresque prestantissimi... [10].

15° Lectio de laudibus apostolorum Simonis et Jude, circa predictam lectionem [11].

1. Arsenal, 542, f° 11.
2. *Id.*, f° 14.
3. *Id.*, f° 15 v°.
4. *Id.*, f° 17.
5. *Id.*, f° 19.
6. *Id.*, f° 21 v°.
7. *Id.*, f° 20 v°.
8. *Id.*, f° 24.
9. *Id.*, f° 28 v°.
10. *Id.*, f° 36.
11. *Id.*, f° 39. — In his lectionibus nominatim proferuntur : Bacharius de domo Carmelitarum, magister meus et specialis amicus

In his autem concionibus, perpauca quidem reperias, quae operae pretium sit illustrare. Circumfluit enim ubique verborum mira copia vel praeceptorum insipientia. Quid de scolastica dispositione, vel figuris aliisque dicendi artificiis? Quid de tot communibus sententiis, rerumque inopia? Interdum tamen Jacobus discordias quibus hoc tempore jamdudum laborabat ecclesia, increpat atque pacem assiduis votis exoptat :

« O infelix, qui non merui tempora cernere pacis, qui diebus his langueo!... Si elevor, cadere timeo, quia potentes corruerunt ; si famulor , pondere lugeo , quia judices recti evanuerunt. Ubinam pontifices abierunt in ruinam? Illosque dominari vident quibus imperare soliti fuerant, et quos in Christo filios genuerant, persecutores lamentantur... [1]. »

« ... Nempe si Romanorum fastus ruinam peciit, ecclesiasticorum tamen presumptio interitum priori racione meruit. Illi quidem sua virtute obtinuerunt orbem, et nos sub ficta virtutis presidia conquestamus. Ubi enim major temeritas quam prelatorum apparatus cernere polimentaque sacerdotum intueri in quibus nulla humilitas est? Ideo sine fundamento ecclesiastica domus vacillat, mons ergo iste cadere petit.... Dominus posco ut facias pacem que pax vera sit et corpus ecclesie in illam redigas nuditatem in qua reliquisti [2]. »

« Quid nobis epistole seu precamina profuerunt?

(f° 30 v°), magister Gerardus de Lucembourt, magister meus (f° 31), magister meus de domo Minorum (f° 33 v°), Johannes de Castellione, magister meus (f° 34), magister meus bachalarius Sancti Bernardi (f° 34 v°).

1. Arsenal, 542, f° 1.

2. *Id.*, f° 2 v°.

Nam vota propria scripsimus et pro pace habenda assidue intercessimus. Quid enim melius, quid utilius, quid faciendum est magis, ignoramus. Ceterum reges et principes dicere possunt quid nobis prosunt dona, promissiones, humiles orationes, exquisite rationes, quid prosunt? Legatos misimus, sumptus fecimus, acta regni dimittentes, pacem proponere decrevimus : fine tamen rei caremus... [1]. »

Non aliter etiam de Universitate : « Alii vero dicunt : « Universitas mea mater est », qui tamen suam nequam tractatibus et consiliis infamiam ejus procurant, qui alii ideo dominantur, non quia sapientes vel facundi, sed quia illis insistant litigiis quibus homo reverendus assistere veretur [2]. »

Postremo his variis similitudinibus, orator noster vitia virtutesque adumbrat, quae de rerum humanarum imperio tunc acerrime certabant : « In tali vero contemplacione positus, michi, ut arbitror, princeps celestis, consilium adhibere disponens, ad vias salutis gressus meos direxit, unde, ut estimo, Domino providente, silvam dudum casualiter ingressus, tres reperi dominas, ornatas coronis, mutuo disceptantes que deberet ipsarum presidere orbi. Inter quas prima Dissimulacio erat, magnum apparatum incessibus prebens. Hujus etas senilis faciesque rugosa erat et tanquam tristis parum loquebatur, oblique cernebat, mature pergebat, vestibusque amplis gyrum arripiebat et in comitiva vulpes habebat... Secunda domina cujus nomen erat Veritas, suum jus prefari cepit. Hec tamen

1. Arsenal, f° 14.
2. *Id.*, 542, f° 2.

pauper erat et nuda, et in etate media, in statura recta, in visu acuta, et licet foret pulcra, multis tamen odiosa, quoniam veritas parit odium. Hujus autem comitiva agnorum multitudo erat.... Tercia domina, cujus nomen Blandicies erat, jus sibi pariter astribebat. Hujus autem etas juvenilis erat, ejusque facies risu applaudebat, flectebat se cunctis, et in verbis affatu florebat. Hec humilis et benivola credebatur, absentibus tamen detrahebat.... Hec insuper fortune favebat prospere, cum qua semper hinc et inde ibat, et mendosa pro veris cunctis asserebat. Que in comivitiva canes lambentes habebat [1]. »

VII. — *Sophologium*, cujus finis est amare scientias et virtutes.

VIII. — Libellus, Gallice scriptus, sive *Archiloge Sophie*.

IX. — Libellus alter Gallice scriptus, « *le Livre de Bonnes Meurs* ».

X. — Opuscula varia [2] :

Metrum de vita S. Augustini, ad cujusdam pictoris usum, ut ex verbis sequentibus liquet :

« Si cui cure sit facere depingi vitam B. Augustini, hiis versibus picturas poterit ordinare : itaque singulis versibus binis vel quaternis secundum exigenciam materie, picture et figure debite secundum decenciam ordinentur. Tytuli vero ve note prosaïce poni poterunt super pictura, metrum autem ponatur infra. »

Metrum de vita S. Pauli, primi heremite, simili modo distributum [3].

1. Arsenal, 542, f° 10.
2. *Id.*, f° 79 v°, 80.
3. Ossinger commentarios in librum vocatum : « *Les échecs amoureux* », Jacobo etiam, sed falso adscripsit, p. 532.

CAPUT III

DE SOPHOLOGIO EJUSQUE GALLICIS TRANSLATIONIBUS

I

Inter tot varia Jacobi Magni opera, mentem nostram ad se convertit *Sophologium*[1], non ita quod verbosum et infinitum est, quam quod XV^{mo} saeculo fama multum diuque valuit. Ut superiores Medii Aevi scriptores in « *Specula* » aut « *Summas* » omnia quae didicerant vel legerant, congerere assueverant, ita Jacobus quicquid ex antiquis atque ecclesiasticis auctoribus memoriae seu codicibus suis mandaverat, ordine componere et ad castigandos mores accommodare aggressus est. Quam operis utilitatem in prooemio ipse his verbis ostendit :

« Lecta colligere et ad summulam ordinatim redigere, quam utile sit, experiencia sepius didicisti. Quamobrem presentem libellum ex dictis poetarum precipue compegi, quem *Sophologium* interpretor, eo quod principaliter intentio est inducere legentium

1. Vel : *Sophilogium*, Bibl. nat., lat., 3235, 3236, etc.

animos ad amorem sapientiae. Dividitur autem liber presens in tres libros partiales : primus est de amore sapientie, secundus de amore virtutum, tercius de institutione statuum. »

Tres autem illae partes rursus in X libros sunt distributae :

« ... Primus dividitur in duos tractatus : — primus est de quibusdam que inducunt ad amorem sapientie, — secundus est de inventione scientiarum et earum fine. Secundus autem liber dividitur in quatuor tractatus : — primus est de quibusdam inducentibus ad amorem virtutum, — secundus est de virtutibus theologicis, — tercius est de cardinalibus, — quartus de capitalibus. Hee autem virtutes sunt necessarie volentibus sapientes fieri. Tercius vero liber dividitur in quatuor tractatus : — tractatus primus est de casu statuum mundi et de consideratione mortis, — secundus de statu ecclesiasticorum, — tercius de statu nobilium, — quartus de statu plebanorum. »

A Jacobo *Sophologium* cum jam Patavinum Gymnasium dereliquisset, necdum publicis regni Francorum rebus accessisset, scriptum fuisse opinamur. Nam Michaeli de Crencio, Gallico episcopo, regis Caroli confessori dedicatur, cujus Jacobus humilem capellanum sese profitetur, nec verisimile est eum in Italia morantem episcopi Autissiodorensis capellanum jam fuisse[1]. Quod si nos ad primam *Sophologii* partem,

1. Non de Guillelmo de Estoutevilla, ut P. Paris opinatus est (*Les manuscrits françois de la Bibl. du Roy*, II, 214), qui annis MCCCLXXVII-MCCCLXXXII ecclesiam Autissiodorensem rexit, sed de Michaele de Crencio, annis MCCCXC-MCCCCIX ejusdem ecclesiae praesule agitur.

Gallico sermone translatam, quae « *Archiloge Sophie* » dicitur, conferimus, in libri fronte nomen Ludovici ducis Aurelianensis nobis legere est, quem Jacobus die Ascencionis Domini MCCCCV tanto impetu vituperare ausus fuit. Quare nobis ante orationem illam, id est primis XV^{mi} saeculi annis *Sophologium* editum fuisse patet.

Nihil aliud nos de hujus libri tempore aut confectione codices quos inspicere potuimus, docuere. Jam vero molem tanti voluminis adeamus, resque eo congestas percenseamus.

II

Liber I, ut ipsius Jacobi verbis utamur, « est de quibusdam inducentibus ad amorem sapientie ». De philosophia scilicet agitur, et quanto studio, quanta veneratione colenda sit. Sapientiam autem qui finis est philosophiae, non Christianos solum, sed etiam cum Graecos, tum Latinos summa reverentia et summo amore esse prosecutos Jacobus asserit. Itaque ab initio non scholasticam disciplinam nec theologiae fructus, sed antiquorum sensus et virtutes laudare coepit : « Quero igitur ut conspiciamus Gentiles vera philosophia floruisse. Erubescant ergo Christiani qui sapientiam pretermittunt, et si philosophie studio intendant, solum querunt apparatus verbales, et instructiones non exquirunt morales. »

Is solus vera felicitate fruitur qui sapientiam colit. « Homo sapiens maxime felix est. » Illa enim « Omnia docet »; sed si velis sapiens fieri, « jugiter tibi sit

studendum et de studio curandum ». Quod quidem non facile solum, verum etiam delectationis plenum : « Quid enim inter humanas occupationes delectabilius quam scientias meditari, veritatem contemplari et artibus illustrari? Nihil enim melius inter humanas complacentias novi. Nam studio et contemplatione fit homo sapiens et felix et amabilis. »

Qua vero ratione vel arte commodissime mens ad sapientiae studium et meditationem intendi queat, noster copiosius demonstrat. Non enim « sufficit legere, ut ait, sed etiam audire oportet : auditus via est ad disciplinam ». Ita bonum et peritum doctorem docendus eligat. Doctori autem « congruit eloquentem esse verborum ». At praesertim de moribus ejus maxima adhibenda est cura : « O quot sunt doctores quorum opera doctrinis contradicuntur! Ideo sepe contemnitur quod docent. Sed utinam multi tam bene facerent quam bene loquntur! »

Philosophiae, qua sapientia acquiri potest, maxime « Gentiles », hoc est Graeci Romanique operam dederunt. Quamobrem nonnulli eam quasi impiam increpare et arcere solent, quibus Jacobus vehementer adversatur. Nam si Augustino creditur, saepius cum christiana doctrina veterum philosophia videtur consentire : « Ipsi ergo sileant, qui veram philosophiam reprobant, dicentes philosophorum dicta inutilia esse.... Quibus omnibus attentis, patet quam philosophia utilis est ipsamque revelatam gentilibus philosophis referunt plures, ut tangit Augustinus. » Denique sectas enumerat, quae in hominum memoria maxime vigent, Peripateticos cum Aristotele duce,

Stoïcos cum Zenone, Scepticos cum Heraclito, Epicureos cum Epicuro. Athenis autem plurimi floruere philosophi : « De studio Atheniensi refertur quod solemnissimum extitit, unde civitas Athenarum nutrix fuit liberalium artium atque philosophorum.... Hujus autem studii, scilicet Athenarum introitus solis patientibus permittebatur, unde ad portam civitatis sedebat senex ad objurgandum volentes intrare, si videbat signa impatiencie, repellebatur, si autem patiencie, admittebatur. »

In libri fine Jacobus artem magicam, a diabolo inventam, refutare tentat : « Magice artes non sunt, nisi seductiones et adinventiones dyaboli, et ideo inter numerum scientiarum non debent situari, sed potius resecari debent, tanquam nullatenus seminande in agro vere sapientie. » Quod si accidit interdum ut magi verum assequantur, « hoc tamen non habet ex se ars aliqua magica, sed dyabolica astucia ». Hinc de avibus, de herbis, de lapidibus, de « arte notoria » [1] inani sermone disseritur. Somnia etiam exquirit « an revelationem aliquam innuere videantur »; philosophi quidem ea de re certant. Sed auctoribus Aristotele et Alberto Magno, « prodest de somniis interrogare, quia quaeque sunt signa qualiter corpus; hoc autem modo... non superstitiosum, sed rationabile ».

1. « Quid dicemus de *arte notoria*, que artem magicam sentire videtur? Plures enim ipsam asserunt validam, veracem, efficacem. Hujus autem artis libellos duos vidi, michi alieno motu exhibitos, quorum unus incipit : « Ego sum alpha, etc., » cujus compositor Tholomeus creditur. Alius vero incipit : « Ave gratia plena », cujus inventor Johannes monachus Carnotensis refertur... » (C. XVI.)

Liber II, indigestae puerilisque plenus eruditionis, singulas definitione explicat disciplinas earumque inventionem enarrat. De Jacobi doctrina ex his locis judicari potes : « Grammatica dicitur a *gramma*, quod est littera, et *icos*, quod est scientia; est scientia de litteris et igitur de ydiomatibus ». A tempore turris illius quae dicitur « Babel », LXXIII gentes, totidem linguae in terris enumerantur. Sed tres videntur supereminere, id est Hebraica, Graeca, Latina. De Graecis autem litteris Jacobus non indocte loquitur, nec tamen eum Graecam linguam intellexisse arbitror. — Logicae, « alio etiam nomine dialectice », in « *Categoriis* inventor » Plato pronuntiatur. Dialectica vero, « ars artium, scientia scientiarum », tres habet partes : « de terminis, de proportionibus, de argumentationibus [1] »; docet eadem « verum a falso discernere, licite arguere, fallatias evitare [2] ». Rhetorica quoque apud Graecos a Gorgia inventa, a M. Tullio apud Romanos exculta; « colores » sunt ejus varii, plurimae formae, « repetitio, gradatio, similitudo contrariorum », etc. — « Poetrie, cujus finis non est mentiri, sed sub verbis fictis veritatem dicere », causa magno studio agitur [3]. Exinde plurima Jacobus percenset poematum genera : « comediam, tragediam,

1. Eust. Deschamps, *Art de dictier :* « Logique est après une science d'arguer des choses faintes et subtiles, coulourées de faulx argumens pour discerner et mieux congnoistre la vérité des choses entre le faulx et le vrai, et qui rend l'omme plus subtil en paroles, et plus habille entre les autres. » (P. 262.)

2. « Hec autem omnia et similia speciali indigent tractatu. » (C. II.)

3. « Proprie poetria non habet pro objecto metrificare, sed potius fingere sive sit in prosa, sive in metro. » (C. IV.)

invectivam, satyram, fabulam, historiam, argumentum ». Tum non pauca subjicit poetarum nomina, inter quos Homerum, Vergilium, Ovidium, Aesopum. — De arithmetica, geometria, astronomia, vel medicina, nihil certi. Musicam [1] quis credat ideo laudari, quod « excitat dormientes et dormitare facit vigilantes »? — Deinde nostro videtur quid sit « politia », quid leges, aperire. « Politia scientia est qua urbes reguntur, et respublica dirigitur.... Respublica est sicut quoddam corpus, quod divino numine ordinatur et regitur.... Alioquin falsum est quod in lege est scriptum : quod principi placuit legis habet vigorem; ceterum sciendum est quod sicut lex est commune preceptum, sic in omni consensu confici debet [2]. » — Ultimum prope locum obtinet « yconomia » qua praecipitur quomodo paterfamilias domum, uxorem, liberos ac servos regere debeat : « Circa ergo regimen domus, maxime attendendum est ad regimen uxoris, quia nihil est crudelius infesta muliere.... Paterfamilias suos debet discrete regere servos, non spernendo, sed amicabiliter alloquendo.... Sevicia est in obsequium cogere eos quos nobis fratres eadem natura progenuit. »

Communiores autem sunt libri III[i] sententiae « de amore virtutum ». Virtus enim « quae naturaliter appetenda est », « medicina corporis et anime pariter » dicitur. Sed jam « nobis sunt quedam nature semina ad virtutes concessa, etiam antequam doceamur.... Discat ergo sapiens virtutes acquirere quas

1. Fétis, v° *Legrand*.
2. Alias : « Rex aut princeps sic suos diligat, ut etiam pro ipsis mori non timeat. » (C. XV.)

natura petit. » Ita de virtutibus Jacobus longius edisserit : « quomodo virtutes non querant mercedem temporalem ; — quomodo mens naturaliter respuat vitia ; — quomodo virtus consistat in medio » ; — « vite honestatem intus et deforis, et bonam consuetudinem, et vitandi cognoscendique peccata cautelam » laudat ; — antiquorum commendat « vite sinceritatem ». « Horum igitur exemplo bene vivere Christiani discant, quibus ex jure major obligatio competit. »

Sequenti libro IV° virtutes, ordine dispositae, singillatim pertractantur. Primum de fide agitur cujus « articula », si Jacobo creditur, « lumen naturale, id est intellectus agens », vel sensus communis plane comprobat. « Itaque in omnibus rebus est vestigium Trinitatis. Item philosophi naturales in lumine naturali ad noticiam Trinitatis pervenerunt. Et Aristoteles, primo *Celi et mundi*, numerum ternarium divinum vocat. Item Augustinus refert ex libris Platonis suaderi quod « In principio erat verbum » usque ad illud « et verbum caro factum est... ». Et similiter de Creatione, de Resurrectione et de Incarnatione. Pars etiam fidei est Deum colere et festis diebus a labore cessare. Veteres autem, cum Christianorum Deum ignorarent, innumera omnis generis et risu quam veneratione digniora numina confinxerunt. — Spes haud secus ac fides hominum aerumnas mitigat, maxime quod de futura vita futuraque bonorum felicitate confirmat ; anima enim, utpote quae sit natura simplex, ideo corpori rerumque materiae supererit. Postremo e caritate bona amicitia et fidelitas, pax et concordia, quasi ex fonte oriuntur. « Ficto amore » contra et « ficta amicitia »,

seu « adulatione » animi hominum non perverti non possunt : « O utinam a cordibus iste recedat (fictus) amor! Non solum allicit, sed inficit, primo placet, tandem displicit, magno labore vindicatur et cum gaudio possidetur, talis enim est omnium terrenorum amor.... O utinam ficti adulatores non essent! Nam errores in principibus generant, suoque veneno, suavi aspidis more, mori dormitando cogunt per suum venenum. »

Theologicis cardinales subeunt virtutes (lib. V). Justitiae imprimis laudes magnifice praedicantur, quae est « obtemperatio legibus scriptis institutisque populorum ». Judex vero cum aequitate misericordiam conjungat : « Justitia sine misericordia, justitia non est, sed crudelitatis speciem gerit ». Quin etiam advocati ne committant ut dicendi facultate abutantur : « Ve igitur horum eloquentie, que non nisi fallere petit! » Temperantiam quoque, linguae modestiam, « providentiam adversus fortuita », fortitudinem et constantiam sapiens assidue debet praestare, stultitiam vero amovere et vitare mobilitatem.

Liber VI septem mortalia peccata cum virtutibus contrariis comparat : humilitas scilicet superbiae opponitur. Superbia autem « est elevatio indebita mentis que jure meretur casum, hominem infatuat, amicitiam separat, generat jurgia, patientiam tollit, excessus suadet, correctionem respuit, eloquium tumescere facit... ». Humilitate vero homines semet ipsi nosse incipiunt : « Si vis te ipsum cognoscere, intra cubiculum domus tue et exclude omnia preter Deum ». Quid enim superbia prodest? « O vir perite, quid tibi peritie

aut lecture prosunt, si te tibi propinquum, tibique intuitum non agnoscis. Syderum forsan percunctaris motus, et proprios negligis actus. Planetarum situs forsitan usque ad minuta queris, et peccata tua gravissima non cernis! » Sapiens etiam, patientiae plenus, ab ira et procacitate abstinebit. Quid de vitio gulae, de ebrietate? « Ebrietas mentem habetat, secreta revelat, gestus deturpat, eloquium scandalizat, nunc leticiam ineptam nunc lites generat, corporis vires exterminat. Cadere jubet, bene agere prohibet, requiem impedit, sensum alienat, oblivionem inducit, libidinem movet, nauseam provocat, visum minuit, membrorum tumorem causat et ab omni virtute hominem destituit. » Paupertas rursus et castitas, et pudicitia extolluntur; avaritia et rapinae et luxuria ceteraque vitia acerrime exagitantur. Mulieres praesertim Jacobus humani generis pestes [1] effingit : « O quam periculosus feminarum introitus!.. O quam vile spectaculum, quam fedum collegium feminarum pro solo vitio congregatarum : propriam etenim carnem venditioni exponunt et pretextu vite sue, fornicatione victum sibi acquirunt, quas non excusant carnis temptatio aut fragilitas sexus aut violentia. Nullo enim feruntur amore etiam corrupto. Si enim amarent, humane fragilitatis excusatione participarent, sed nec amant, nec amare queunt, sed ex fediore luxurie parte sue execrabili cupiditati subserviunt.... Scilicet quid sapiens facturus

1. « Nam videbis inter feminas frequentius lites, inter canes latratus, inter pauperes strepitus, et in omni contentio eo citius oritur, quo imperfectior est mens, seu status eorum qui contendere sollicitantur. » (C. IX.)

erit, ut caste vivat? Ibi namque expedit ut feminarum visum et tactum fugiat, sobrie vivat vitamque voluptuosam non habeat. »

Quid nunc de brevitate tristitiaque humane vitae (lib. VII), de contemptu et patientia mortis dicat Jacobus, parvi refert[1]. Verba sunt ex vulgari et quotidiano clericorum sermone desumpta.

Tres ultimi libri (VIII, IX, X) diversa vitae genera ab ecclesiasticis usque ad puellas viduasque perlustrant. Primus admonet quam integris moribus clerici, quanta castitate vivere debeant, tum ipsi quanta cura sint eligendi, deinde quae ad praedicatores et scholasticos informandos adhibenda sint. Ecclesiae autem mores Jacobo nostro in pejus tunc ruere videntur. Nulla enim alia re ecclesiasticos ministros, nisi divitiarum fame ac voluptatum instinctos credas : « Nunc uxorem ancillae postponunt et ancillam praeponunt, quia suis derelictis ecclesiis absque magna necessitate secularibus occupationibus preintendunt et in suis ecclesiis, si fuerit, de ipsius protectione non sollicitantur, sed qualiter sua crimina liberius exercere possint, jugiter meditantur... Unde equidem ecclesia tantis luxuriis inquinatur? Quis concubinagia ita

1. « Huic libro, breve praeest prooemium : « Status omnis humanus ruinosus est, nulloque jure status debet vocari, nisi rebus declivioribus comparatur. Omnes enim divites et potentes olim qui floruerunt, modico terre angulo conclusi sunt. Itaque mors cunctis pompis, honoribus terminos imposuit. Quamobrem hujus VII libri prologum de morte premitto. Arbitror enim mortem fore speculum quorumlibet statuum mundi. Nam qui se moriturus considerat, si celsus est, minime gloriatur, cernens suo principatui ignotum finem preberi. Si pauper, ut tolerantie remedium mors ipsa prestat, eo quod facilius dolorem animus gerit quem novit brevi cursu consummari. Fiet igitur processus ut in precedentibus per problemata. »

seminavit? Revera estimo quod consortia, convivia, colloquia cum mulieribus solita, viros ecclesiasticos a contemplatione retardentes, voluptate et lascivia corruptissima inficiunt. »

A clericis continuo transit ad principes, eorumque praecipua commemorat officia. Nam « principes constituti sunt ut populum foveant et protegant ». Eis igitur insit clementia seu misericordia, et pietas, et erga Deum ejusque ecclesiam obsequium, et humilitas, et justitia, et castitas, omnes denique humanae divinaeque virtutes. E contrario ab avaritia, libidine, impatientia, alea, aliisque pestiferis vitiis temperent. Sed hujus temporis principes ab illis virtutibus quam longe absunt! « Erubescant igitur temporis hujus nobiles quibus mos est ex sua nobilitate peccandi suscipere audaciam, unamque jactantiam ex suis parentibus promulgant, eo tamen pacto quo parentes eorum sua virtute nobilitatem inceperunt, eo pacto isti sua vitiositate nobilitatem terminarunt.... Nunc autem filii nobiles se putant qui fastum suis incessibus monstrant : habent enim calceos acutos ut ingressibus ambulare discant, ferunt dextrocheria, armillas, ornamenta et vestium varietatem atque diversitatem excogitant. Cur enim dominia obtinent, nisi ut regnant? Sed regere quomodo poterunt, si seipsos regere nequeant?... Ii nocturnas vigilias amant et ludorum vanitati usque ad fatigationem intolerabilem intendunt, scilicet cum die lucescente surgere debeant. Ut populum regant et foveant, ipsi somno tunc sunt dediti, et tandem ex vite dissolutione in maleficiis corporis et anime gravissime decidunt. Rursus ii cum refectionem sumpserunt, non

de militari exercitio contendunt, nec virorum illustrium acta commemorant in exemplum, sed ferventissimo ineptissimoque desiderio taxillarum alearumque fortuniis se committunt, quorum occasione perjuria, execrationes et forsan blasphemias exprimunt, irascuntur, tristantur. »

Denique alias res varias liber X continet : divitias esse contemnendas, paupertatem contra appetendam. — Caveant autem mercatores ne fraude vel usuris ad opes male partas grassentur. — In servis famulisque domini summam adhibeant tolerantiam. — Maxima senibus, modo bonam vitam agant, reverentia tribuenda. — De juvenibus : « Proh dolor! torpent ingenia desidiose juventutis, nec labore regulantur; cantandi, saltandique obscena studia effeminatos tenent; capillum frangere et ad muliebres blandicias voces extenuare, mollitie corporis cum feminis certare et immundissimis rebus se excolere nostrorum adolescentia noscit. Molles enervesque nati in vitio manent, expugnatores sunt aliene pudicitie, negligentesque sue. » In libri totiusque operis fine, Jacobus fidelitatem conjugibus, sollicitudinem parentibus, obedientiam filiis, pudicitiam silentiumque virginibus, solitudinem denique viduis praecipit.

III

Sophologium Jacobus ipse Gallico sermone transtulit. Duae operis partes, duo tituli : « *Archiloge Sophie* », et « *Livre de Bonnes Meurs* ». Non tamen

verbo ad verbum integram sententiarum seriem reddidit : multa enim omissa sunt, multa rursus addita.

In librum qui inscribitur « *Archiloge Sophie* », primam partem Sophologii Jacobus inseruit ; eam autem sic renovatam duci Aurelianensi dedicavit :

« Très noble prince, très puissant redoubté seigneur, Loys, fils de roy de France, duc d'Orléans, son humble serviteur, frère Jacques le Grant, religieux de l'ordre S. Augustin, révérence, honneur et toute obéissance, et voulenté de servir à tousjours. Très redoubté seigneur, considérant l'affection et le très grant plaisir que tousjours avez eu en sapience et en vray science, en vertu et en estat noblement maintenir, laquelle affection j'ay appercue, non mye tant seulement par relacion qui de vous est commune, mais aussi par espérience, pour tant en désirant vostre plaisir ensuyvre, j'ay fait ce livre en françoys, lequel premièrement j'avoye composé en latin, et est appelé l'Archiloge Sophie, et vault autrement à dire comme le livre qui principalement parle de Sophie, autrement dite Sapience, car en ce livre a mon povoir premièrement je parleray de toutes les sciences dont Dieu m'a donné aucune cognoissance, et puis après de toutes vertuz, et finablement de tous estats, comme il apparra en la division du livre. Et pourtant que toutes sciences cognoistre vous désirez, et en vertu gist vostre renommée, et en estat vous estes très souverain, m'est advis que ce livre présent raisonnablement vous doit estre adrécié. Si vous supplie, très redoubté seigneur, que mon labeur vous veuillés prendre en gré et considérer mon désir et mon affeccion plus que

mon povoir, lequel est moult petit au regart de vostre souveraine et grande seigneurie. Et ja soit ce que j'aye le présent livre en latin composé, comme il est dessus dit, toutesfois plusieurs choses en françoys, c'est assavoir en ce livre cy, je laisse comme pou proffitables, lesquelles en latin sont assez nécessaires, mais en françoys ne se peuvent bonnement déclairer. Et de fait en françoys aucunes sont escriptes au procès de ce livre, lesquelles de prime face se monstrent estranges, néantmoins se lisant, les porra bien entendre, se il se veut diligemment adviser... [1]. »

Duo insuper praecedunt prooemia, quorum unum Gallicis versibus sapientiae amorem seu philosophiam extollit, alterum communi sermone, iisdem rebus iteratis, totius libri duodecim partes describit. Nam Jacobo hoc in animo fuerat, ut duas *Sophologio* partes adderet de humanis divinisque disciplinis, id est de physica, de medicina, de arte politica, de theologia et de jure canonico [2]. Sed omnia quae in hoc volumine exponere destinaverat, exsequi non valuit, quippe qui ne secundum quidem librum absolvisse videatur.

1. Bib. nat., franç., 143, f° 359. — P. Paris, *Les manuscrits françois de la Bibl. du Roy*, I, 283 : « Gabriel Naudé a dit qu'une demoiselle de Paris, nommée Christine, avoit traduit en françois l'ouvrage de Legrand, et la Monoye qui reconnoit ici la célèbre Christine de Pisan, ajoute que cette traduction est celle de nos manuscrits. On voit que tout cela est inexact. » Erravit autem, cum librum dictum : *Archiloge Sophie*, regnante Carolo V, perfectum fuisse contendit. (II, 215.)

2. In altero prooemio : « ... le tiers livre parle des sciences appartenans à la philozophie tant naturelle comme moral, lesquelles sont six, c'est assavoir phisicque, metaphisicque, médecine, ethicque, politicque, yconomicque. Le quart livre parle des sciences diverses, c'est assavoir de droit canon et de théologie... »

Haec sunt prioris prooemii carmina :

Sans amer nul ne peut à honneur venir,
Si doit estre amoureux, qui grant veult devenir;
Mais il gist grant advis à trouver bonne amye,
Qui soit plaisant et belle, car aultrement anuye.
. . . .
Toutelfoiz en la fin, une dame de pris,
Plaisante, belle et sage, sy me vint au devant,
Laquelle pluseurs jours desiray par avant.
Car en tous cas estoit prudente et advisée,
Vertueuse et bonne et par droit renommée.
Si la priay pourtant qu'elle me voulsist amer,
Et oster mon cueur hors d'ung soussy moult amer
Duquel pour luy estoit jour et nuit sans finer,
Pourtant que ne povoye de son amour finer.
Lors doulcement me dit qu'elle seroit ma mye,
Et que nommée estoit des amoureux Sophie.
En la cité d'Athènes se disoit estre née,
Et puis après à Romme fut grandement prisée.
Neant moins à la fin arriva à Paris,
Jadis premier ainsi nommée : par Ys [1].
Elle aussi estoit de très noble lignée,
Mynerve fut sa mère, en Athènes aourée,
Et son père Ulixes, qui de chevalerie
Contre Hercules gaigna toute sa vie (*sic*).
Et me prins à parler à m'amye et dame,
En ung lieu moult secret ouquel n'y avoit âme,
En advisant son corps, ses yeuls et son viayre,
Et tantost me semble toute aultre amour misère.
Ainsi je delaissay Jhezabel et Thaÿs,
Et toutes aultres dames qui estoyent au paÿs,
Lors s'approcha de moy, dont je fuz moult très lye,
Et de toutes douleurs aussy tot deslyé,
Mon cueur je mys ou sien très amoureusement,
Sans avoir corporel ne sot atouchement,
Et fuz comme ravy en ceste amour tant doulce,
En escoutant les ditz de sa très plaisant bouche,

1. In altero prooemio : « Après doit le lisant scavoir que Paris fut jadis ainsi appellée pour tant que elle estoit semblable et per à Ys, c'est assavoir à une ville qui aujourd'huy est nommée Melum, laquelle jadis se nommait Is à cause d'une ydole semblablement nommée et pour lors en lad.ville aourée, comme récite le commentaire de Boëce sur le *Livre de la discipline des escoliers.* »

Lesquelz sont cy escrips en prose et en vers,
Par forme de proverbe à propos moult divers.
Et par tant je requier en l'honneur de m'amye,
Que ce livre soit dit : l'Archiloge Sophie [1].

Libro primo, ut in *Sophologio* de sapientiae amore variisque ejus condicionibus pertractatur. Capitulo cuique quatuor versus praepositi, quibus res describendae poetice praenuntiantur. Sic, exempli gratia, capitulo primo :

Qui veult avoir honneur et grant bien acquérir,
Doit sapience aimer et de luy enquérir,
Car par elle pluseurs ont acquis grant renom,
Comme princes et roys et autres gens de nom.

Eadem argumenta, quae in *Sophologio*, eadem etiam verba, quantum vernaculus sermo patitur, in Gallici voluminis libro priore agnoscas. Vix quaedam inedita de scientiae utilitate discernere licet :

« En nos doctrines crestiennes, nous povons raisonnablement le bien alléguier pour nostre enseignement, et le mal nous povons réciter, non mie pour l'ensuivre, mais pour le réprouver en accroissance de vérité, et comme nous voions que le peintre met à une ymaige plusieurs belles couleurs et laides, à celle fin qu'elles se puissent mieux monstrer, l'une encontre l'autre, ainsi à nos doctrines nous povons le bien et le mal réciter, le bien pour le auctoriser, le mal pour le répudier, pour vérité tousjours mieulx démonstrer. Mais le temps est venu ouquel tout science est desprisiée, et pluseurs nient que science n'est ne mais fumée;

1. Bibl. nat., franç., 143, f. 360 v°. In altero codice, Bibl. nat., franç., 214, utrumque prooemium deest. — P. Paris, I, 283; II, 213.

mais ignorance fait le dire, car aussi comme le corps nu et despouillé est froid et en péril de mort, se il n'est couvert et paré, ainsi l'entendement sans science muert et se convertist en bestialité. Si est bon s'enquérir pourquoy les sciences sont aussi délaissiées. Autre cause pour le présent ne voy, ne mais pour tant que les princes ne veulent estudier, ne mettre paine de scavoir, et pour tant les subges y prennent exemple et ne tiennent compte d'estudier, et de fait chevalerie est à ceste erreur venue, que c'est honte à un chevalier de estre clerc réputé; et toutefois du temps que chevalerie regnoit, et ailleurs, les princes estoient clers et estudioient très diligemment, et lors le temps estoient très eureux et les seigneurs estoient grans et renommés. » (L. I, c. VII.)

In altero libro de « septem liberalibus artibus » Jacobus adeo moratur, ut rem ad extremum perducere non potuerit. Multa enim inania vel puerili modo disposita, prioris propositi immemor, *Sophologio* magis ac magis intexit. Initio grammaticae explanat praecepta, imprimis quo litterarum genere, Hebraei, Graeci Romanique usi fuerint. Quod vero ad verborum doctrinam pertinet, opus proprium ac peculiare admonet tunc temporis maxime desiderari :

« Les règles de grammaire en latin sont trop plus prouffitables que en françoys, néantmoins en françoys aucuns enseignemens et abregemens se pourroient donner pour plus légièrement entendre son latin. Car, à mon avis, un livre à ce seroit moult prouffitable, lequel seroit ordené par le A. B. C., tellement que un chacun mot françois eust son mot de latin correspon-

dant, et ainsi quant tu vouldroies trouver le nom de aucune chose, il ne fauldroit ne mais regarder par quelle lettre son nom se commence, et par ainsi tu pourroies son nom trouver en latin, comme se tu vouloies savoir comment se commence busche en latin, il ne faulroit ne mais regarder en la lettre B.... Et ce libre faire, j'avoie proposé, mais pour tant que il seroit moult long, il m'est avis que ce sera bon de le faire à part, s'il plaist à Dieu m'en donner grâce. » (L. II, c. IV.) Quod quidem opus Jacobo perficere non licuit; nec perfectum etiam priusquam Robertus Stephanus dictionarium suum gallico-latinum edidit (MDXXXIX).

De logica deinde, secundum Porphyrii Aristotelisque disciplinam, figuris interpositis, longius disserit. Quid de rhetorica ejusque « coloribus »? Ibi nihil aliud, nisi hoc capitulum de syllabis in Gallicorum carminum fine consonantibus, memoria dignum.

XX. « *Des rimes et comment se doivent faire.* — Rime puet estre nombrée entre les couleurs de rhétorique; toutefois je l'ay séparé comme celle qui requiert plus grande exposicion, car rimes se font en plusieurs et diverses manières. Si dois savoir que rime aucune foiz se fait en prose et aucune foiz en vers. Quand elle se fait en prose, il ne convient point regarder au nombre de ses sillabes, ne mais il souffist que en la prose soient aucunes diccions d'une meismes ou de semblable terminoison. Et lors le langage est plus bel et singulièrement quand les sentences de la prose se finent es diccions semblable-

ment terminées. Exemple de ce nous pouvons donner en disant : « Tu es cellui à qui je dois faire plais*ir*, tu es ma joye, mon cuer et mon dés*ir*, en tous cas je te vouldroie serv*ir*, et si suis prest, comme raison le veult, de tousiours obé*ir* ». Par cest exemple, tu pues appercevoir comment ceste prose est plus belle, pourtant que les sentences sont semblablement terminées, c'est assavoir en-*ir*, comme tu pues appercevoir.

« Oultre plus rimes se puevent faire en vers et lors on doit suivre et tenir certain nombre de sillabes; car à bien rimer et à bien versifier en françoys, on doit faire les vers qui se rapportent d'une meisme grandeur et d'un meisme nombre de sillabes, et de ce tu as exemple ès proverbes de ce livre cy. Mais il est en toy et à ton plaisir de eslire tel nombre de sillabes que tu veulz, et ycellui nombre tu dois maintenir quant aux vers qui se rapportent. Bien est vray que le plus hault nombre qui soit est de XII sillabes ou environ. Car plus grant nombres osteroit au vers sa façon et sa prononciacion. Touteffoiz, il gist grant avis à nombrer ses sillabes et à congnoistre quant ses vers sont égaux. Pour laquelle chose entendre, tu dois savoir que quant deux voyeulx s'entre ensuivent, tu pues deux sillabes tant seulement compter pour une, car le derrenier voyeul comprent le premier, et ainsi deux sillabes se comptent pour une. Exemple : *dame est bonne*, la derrenière sillabe de dame se prononce avecques est et ne font que une sillabe. Toutefois il est en toy de les compter pour deux sillabes, si tu veulz, mais lors au prononcier on doit faire point entre l'une et l'autre. Nonobstant l'opi-

nion plus commune si est que les deux voieulx et les deux sillabes dessusd. ne se doivent compter que pour une, mais on doit mettre un petit point dessoubz le premier voieul, en signifiant qu'il ne se doit point prononcier, nonobstant qui le escripve. Oultre plus tu dois savoir que en nostre françois aucunes sillabes sont appelées fémenines, et les vers qui se terminent en ceste sillabe sont appelées fémenins. Si dois donques savoir que quant ce voieul *e* se prononce imparfaitement et faintement, lors la sillabe qui est terminée en tel voieul est appelée fémenine, et dient les rimeurs et les versifieurs françois, que telle sillabe fémenine ne se compte point, quant elle avient à la fin ou milieu d'un vers, mais en toutes autres places elle se doit compter, se ce n'estoit que voieul viengne après elle, et lors des deux ne se doivent compter que pour une, comme il est dessus dit; et aussi tu pues appercevoir comment tu dois tes sillabes compter.

« Mais oultre plus les manières de rimer sont diverses pour lesquelles savoir est bon de donner aucunes règles. La première règle si est que bonne rime à tout le moins requiert que les dernières sillabes soient semblables ou semblablement terminées. Car si un ver se termine en *a*, l'autre aussi qui se rapporte à lui se doit semblablement terminer. La seconde règle si est que les rimes de tant sont meilleures, que les diccions finables s'entreressemblent plus, et pour tant dit l'on que la meilleure rime qui soit, c'est par équivoques, pourtant que les diccions équivoques sont du tout semblables, nonobstant qu'elles aient diverses significations. Et de ce nous

povons donner exemple de ceste diccion *dit*, laquelle puet estre nom ou verbe; semblablement ceste diccion *donna*, puet estre équivoque, car on en puet faire un mot ou deux qui veult. Plusieurs autres dicciones aussi et a peu près innumérables sont équivoques en français, lesquelles il ne convient ja réciter. La tierce règle si est que à faire rime magistrale et parfaite, il est de neccessité que les dernières sillabes soient tout un, et oultre plus que les pénultièmes soient finées et fondées en semblable voieul, et de ce tu as exemple en pluseurs rimes de ce livre présent. Bien est vrai que ceste regle a aucunes excepcions, car quant la derrenière sillabe fait une diccion toute seule, lors en tel cas il souffist que les derrenières sillabes soient tout un. Telles sont les diccions comme *gent* pour gentil, et *gens* pour hommes. Oultre plus dient aucuns que quant les derrenières sillabes ont plus de deux lettres comme *an* ou *am*, il souffist qu'elles soient toutes un sanz avoir regart aux pénultièmes et pour tant c'est bien rimé en ap*pris*, re*pris*, entre*pris*, pour tant que les derrenières sillabes sont IIII lettres comme il appert. Et ainsi par ces règles, tu pues appercevoir comment tu pues bien et raisonnablement rimer et versifier en commun langage.

« Oultre plus tu dois savoir que pluseurs sont manières de dicter et rimer. Car nous avons en nostre françois pluseurs manières de faire dis. Si dois savoir que aucun dis sont appelez rondeaulx, lesquels vont en rondelant et en respondant baston à autre, et pourtant sont-ils ainsi nommez. Si dois savoir que un chacun rondel à tout le moins doit contenir cinq bastons, des

quelz les deux premiers doivent estre semblables quant au nombre des sillabes, mais quant à la rime, tu pues en chascun de ces deux premiers vers finer et terminer à ta voulenté, mais le tiers vers doit estre semblable au premier nombre de sillabes et en rime, et se doit le premier avec lui recorder; et les deux derreniers bastons doivent estre semblables aux deux premiers, lesquelz deux premiers se doivent derechief recorder [1]. Et ainsi tu pues voir comment le rondel doit avoir cinq bastons et comment se doivent recorder [2]. Mais tu te dois aviser en rondelant que la sentence soit bonne et bien rapportant l'une à l'autre, car le tiers baston doit respondre à la sentence du premier, et les deux derreniers doivent respondre à la sentence des deux

1. Apud Eust. Deschamps, « Rondel sangle » (triolet) :

Ier baston. — Est-ce donc vostre intencion
IIe baston. — De vouloir retrancher mes gaiges,
IIIe baston. — Vingt livres de ma pension?
(Est-ce donc vostre intencion?
Laissiez passer l'Ascension!
Que honnis soient vos visages!)
IVe baston. — Est-ce donc vostre intencion
Ve baston. — De vouloir retrancher mes gaiges?

2. Apud Eust. Deschamps, « Rondel double ». Sic apud Carolum, ducem Aurelianensem :

Le temps a laissié son manteau
De vent, de froidure et de pluye
Et s'est vestu de broderye,

De soleil raiant, cler et *beau.*
Il n'y a beste ne *oiseau*

Qui en son jargon ne chante ou crye;
Le temps a laissié son manteau.

Rivière, fontaine et *ruisseau*
Portent en livrée jolye
Goultes d'argent d'orfevrerie.

Chascun s'habille de *nouveau*;
Le temps a laissié son manteau.

premiers, ou autrement le rondel riens ne vaut, quelque rime que tu faces. Oultre plus aucuns dis sont appelez rondeaulx, lesquelz se font de diverses manières, touteffoiz à mon advis la commune façon, si est de faire un ver a plusieurs çouples et puis faire deux vers fondés sur les rimes du premier ver, lesquelz deux vers qui veult, puevent estre de plusieurs couples, et puis après on doit faire ver semblable au premier, et finalement le premier se doit recorder, et ainsi tousiours on doit procéder. Oultre plus aucuns dis sont nommez balades, lesquelz se font en diverses manières [1], toutefois la plus commune manière, si est de faire deux vers de plusieurs couples, desquelz deux vers l'un se appelle l'ouvert, et l'autre le clos, et puis après on doit faire un ver nommé oultre passe, lequel doit tenir sa rime des vers premiers ou du reffrain ou de tous deux qui puet. Et finablement on doit faire un refrain, lequel doit estre appartenant et déclairé par les vers devantd., et semblablement on doit tousiours après procéder, en tendant tousiours à une fin, c'est assavoir à prouver et démonstrer son refrain et à parler partinaument à lui, autrement la ballade n'est pas bien composée. Après en françois nous trouvons aucuns dis qui sont nommez serventois [2], lesquelz, comme

1. De eodem carminum genere longius edisserit Eust. Deschamps in opusculo « *Art de dictier* » vocato, p. 270.

2. Eust. Deschamps, *Art de dictier* : « Serventois sont faitz de cinq couples comme les chansons royaulx, et sont communément de la vierge Marie sur la Divinité, et n'y souloit point faire de refrain, mais à présent on les y fais souvens comme en une balade, et pour que cet ouvrage qui se porte au puis d'amour, et que nobles hommes n'ont pas accoustumé de ce faire, n'en faiz à aucun exemple », p. 274.

dient aucuns, se font à plaisir, excepté que on doit prenre un certain nombre de vers, tel comme l'on veult, mais qu'il soient d'une longueur, et que l'un ver responde à l'autre en bonne rime, et lors on doit procéder en faisant autant de vers et de semblable rime et ainsi tousiours. Oultre plus aucuns dis sont appelez lais [1], lesquelz, comme dient aucuns, se font semblablement comme les serventois, excepté que l'on puet faire vers petis et longs comme il plaist, et doit estre le premier ver semblable au derrenier et les vers moyens, se doivent rapporter l'un à l'autre, mais on les puet faire de telle rime et de telle grandeur comme on veult. Et nobnostant que lesd. manières de dicter soient bonnes et souffisantes, néantmoins plusieurs autres manières on pourroit deviser selon ce que les bastons et les vers se pevent en diverses manières rapporter. »

Similia de Gallicis carminibus, nos grammaticos qui XIV^{mo} saeculo floruerunt perscrutantes desideravimus. Quin poeta quidam, Caroli VI aequalis, in opusculo « *Art de dictier* » vocato, cum de septem artibus et imprimis de verborum musica et arte poetica dissereret, nusquam tamen quomodo versus inter se consonare deberent, explanavit.

Deinde postquam poeseos, ut in *Sophologio,* Jacobus patrocinium suscepit, poetarum commenta impietatis crimine absolvit : nonne enim paganorum fabulae vel mendacissimae animos ad virtutem aut impellunt

1. Eust. Deschamps, *ibid.* « Cy parle de la façon de faire laiz. Quant est des laiz, c'est une chose longue et malaisiée à faire et à trouver », p. 278.

aut invitant? Ita ipsi illi qui « solemniores » inter ceteros poetas memorantur, et Vergilius, et Ovidius, et Persius, et Juvenalis, et Terentius et Lucanus nobis recte vivendi sunt praeceptores. Ovidii praecipue Metamorphoseon libri, velut ex fonte perenni, omnium virtutum vitiorumque, si Jacobo credas, documenta bene egentibus tradunt, ex quibus plurima loca, non sine taedio, fusius excerpit. Ceterum totidem e Sacris Scripturis desumptae sequuntur narrationes. Postremo sub finem codicis, multi de aritmethica, seu de numerorum dispositione quae « algorisme » dicitur [1], articuli interruptum opus testantur.

IV

Altera pars *Sophologii*, in Gallicam linguam translata, *Liber de Bonis Moribus*, *Livre de Bonnes Meurs* vocatur. Hujus operis magna fuit XV^{mo} saeculo fama, multi etiam codices exarati, quos jamdudum neglectos plures bibliothecae adhuc retinent.

Unus autem ex undecim codicibus in Bibliotheca dicta Nationali Lutetiae asservatis, splendide ornatus, artificum ejusdem saeculi nobis exstat documentum : ibi enim litterae maxima cura maximaque elegantia formatae, imagines etiam interdum exquisitissime nitidis coloribus depictae nonnullas voluminis sententias illustrant. In libri fronte Jacobi effigiem, quae nescio num ad veritatem prorsus sit expressa, videre

1. Cf. Deschamps, « *Art de dictier* », cap. de Arismetique », p. 262.

est [1]. Haec autem omnia in ducis Joannis Bituricensis honorem, cui dedicatum opus, Jacobi jussu, confectae, ut Joannes Flamel, qui tunc ab ejusdem principis secretis erat, ipsius codicis initio mandavit : « Ce livre fist frère Jaques le Grant, de l'ordre des hermites Saint Augustin, et le donna à Jehan, filz de roy de France, duc de Berri et d'Auvergne, conte de Poitou, d'Estampes, de Bouloigne et d'Auvergne. J. Flamel. » Ultimae vero paginae, ipse dux Joannes, propria manu, nominis signum affixit [2]. Quin ex eodem codice, annus quo *Liber de Bonis Moribus* e *Sophologio* translatus fuerit, colligi potest. Nam ducis librorum repertorio haec de nostro inest mentio : « N° 134. Un petit livre en françois, de lettre ronde, intitulé de Bonnes Meurs, lequel parle du remède qui est contre les sept péchiés mortels et des trois estas, historié en pluseurs lieux, lequel fut donné à Mgr le 4 mars 1410 (n. s.) par frère Jacques le Grant, augustin [3]. »

Jacobus autem opus hac ad ducem Bituricensem epistola auspicatur :

« A très noble prince et redoubté seigneur, Jehan, filz de roy de France, duc de Berry et d'Auvergne, et conte de pluseurs autres pays son humble serviteur, frère Jaques le Grant, augustin, honneur, révérence, avec toute obéyssance. Le souverain moian pour acquérir la grâce de Nostre-Seigneur, c'est vivre saintement, péchiez eschever et vertuz acquérir. Par quoy

1. Jacobi Magni effigies altera in fronte cujusdam codicis (Bibl. nat., franç., 143, *Archiloge Sophie*), XVI^mo saeculo exarati, omnino commentitia nobis videtur.

2. Bibl. nat., franç., 1023. — Sallier, 795.

3. Delisle, III, 170; I, 60, 99.

appert que chascun se doit en son vivant pener de vivre saintement pour parvenir à la fin désiré, c'est assavoir à la gloire sans fin. Et à par moi, ce meismes avisant, jugeai que bon seroit d'escrire en langage commun aucuns enseignemens. Et ce j'ai fait en ce présent livret, si supplie que vostre haultesse, noble seigneur, vueille le présent avoir pour agréable, et ma petitesse plaise vous supporter, car j'ai très grant désir de trop mieulx faire, quant il plaira a Dieu de m'en donner le sens et la puissance. Si supplie de rechief que plus considérez le vouloir que l'ouvrage, car le vouloir est grant, et l'ouvrage est pareil à mon pouvoir, c'est assavoir petit [1]. »

Non equidem ad verbum ultimas *Sophologii* partes Jacobus vertit aut disposuit, sed mutato ordine, deminutoque capitulorum numero, emendavit. Ceterum ipsi tituli rerum diversitatem demonstrant :

LIVRE DE BONNES MEURS	SOPHOLOGIUM
... Lequel est divisé en cinq parties : La première parle du remède qui est contre les VII péchés mortels (18 chap.).	Lib. VI, de septem peccatis mortalibus et de virtutibus contrariis eisdem (XXVIII cap.).
La deuxième parle de l'estat des gens d'église (5 chap.)	Lib. VII, de morte et de consideratione ejus (VIII cap.).
La troisième parle de l'estat des princes et des seigneurs (8 chap.).	Lib. VIII, de statu ecclesiasticorum (X cap.).
La quatrième parle du commun peuple (13 chap.).	Lib. IX, de statu principum et nobilium (XXIII cap.).
La cinquième parle de la mort et du jour du jugement (9 chap.).	Lib. X, de diversis statibus viventium sub principe (XVII cap.).

1. Bibl. nat., franç., 1023, f° 1.

Si quis vero *Librum de Moribus*, perlecto *Sophologio*, evolvere aggressus fuerit, non animadvertere non potest, quanto Gallicus liber Latino praestet. Iidem sunt sensus, eadem exempla, sed paucioribus verbis inclusa, elegantius scripta, aptius disposita. Tunc enim temporis, matura aetate Jacobus totisque viribus vigebat.

Ceterum variis locis passim desumptis ingenium nostri ad bene dicendum satis patebit :

L. I, c. IV. — « *Comment humilité est agréable à Dieu et au monde....* M'est avis que tous orgueilleux se doyvent aviser sur les histoires et exemples ancienes, esquelles appert comme humilité fait les gens eslever et orgueil trébucher. Ne lisons-nous mye comme Saül gardoit les beufs et David les brebis, et après furent roys. Constantin aussi fust très pauvre, quand il print à femme Helayne et après fust esleu empereur. Par quoy il appert comme les humbles ont esté eslevez. Mais des orgueilleux que dirons-nous? Je te prie, regarde qu'est devenue la puissance Néron, qui peschoit en rays d'or? Où est la puissance Pharaon? Où est la puissance de Troyes qui fust si renommée? Où est Babyloine, qui fust si eslevée? Certainement tout est néant devenu, car orgueil ne peut avoir durée. Que vault donc orgueil qui tant ayme le monde? Qu'est devenu Aphraxat, le roy très orgueilleux? Il fut tout esperdu, comme serait fumée. Qu'est devenu Agrippa et Julien qui estoyent si puissans? Fortune a tout pris, qui tout avoit donné : si fol est qui s'y fie. »

C. XIV. — « *Cy ensuit la Vᵉ vertuz, c'est à savoir*

bénivolence, qui est contre le péché d'envie.... O envie, tu es folle d'orgueil, tu ne peus voir semblable, tu désires après toy gens qui soyent en misères, et lors tu t'y délices, quant tu voiz ton voisin fort pleurer et gémir. Vrayement, envie, tu es de très faulce nature, car par toy ne de toy ne peult venir profit en ce monde, ne en l'autre [1]. »

L. III, c. iv. — « *Comme les princes doyvent estre sobres, chastes et de bonne vie*....Si doyvent les princes gloutonnie eschever et en leur court devroit avoir mesure et ordonnance et toute honnesteté. Mes tu y trouveras napes viles et sales et plusieurs gens qui se dysent honnestes veoiras seoir à table et déboutent l'un l'autre, et ne semblent pas hommes, mais semblent pourceaux, alans à leur vile et orde mengerie. Là tu n'oyras goute de Dieu parler, et si ne font Grace ne Benedicite, que de paroles dissolues, crieries et toutes deshonnetetés. Là veoiras tu renyer. Et si c'étoit en guerre ne seroit pas merveille, à cause de la multitude, mes ès lieu de paix telle vie maintenir, ce n'est pas vie, mais est mort et droite gloutonnie. »

L. V, c. i. — « *Le premier parle comment la vie présente est briève et de petite durée* :... Ainsi comme la fleur légèrement s'esvanuit, et comme l'ombre qui

1. *Sophol.*, VI, iii : « Saül pascebat asinos, David oves, et tamen reges effecti sunt. Constantinus ex pauperrimo, postquam duxit Helenam in uxorem, factus imperator. Quo abiit piscatio Neronis qui piscabatur cum retibus aureis? Ubi civitas Troje? Ubi Babylona que tam famosa et elevata fuit? Quorsum abierunt Agrippa et Julianus quos fortuna ita alta creverat? Stultus est igitur qui in talibus confidens superbit. Quid superbis, o homo? An propter sapientiam? Salomon nonne sapiens, sed tamen idolatravit.... Nonne sapiens Catho se occidit et Democritus. Sic propter pulchritudinem, pulcher fuit Absalon, et tamen suspensus ad arborem fuit?... »

deslie en lieu sen fin, ainsi la vie de l'omme briefvement et légièrement tres passe.... Car si tu es jeune, pour ce n'es-tu pas certain que tu doives longuement vivre, car mourir est loy commune à jeunes et à vieulx. Et si tu es vieil, tu ne dois point glorifier aussi du temps passé, duquel il n'est rien que de la nuit espandue comme seroit fumée.... Nostre vie donc a très petit commencement, et à la continuacion est à endurer très griève, car à la mesure que la congnoissance vient, le souci croist, et l'homme se mélancolie plus, selon ce qu'il a de ses condicions plus vraye et parfaite congnoissance.... Oultre plus enquérons et demandons que sont devenus ceulx qui ont vescu si plaisantement au monde : il m'est adviz que grans, moyens et petis, la mort a mis à subjection. N'est pas mort Octavien et Cressus qui furent si riches, Salomon le saige, Sanson le fort, David le loyal, Holofernes le grant et tous aultres puissants? La mort les a déconfitz. Par quoy il appert que la vie est moult incertaine, briève, misérable. Et pour ce nul ne doit avoir en sa vie grande foy ne grande espérance, car la mort vient communément quant l'omme avoit cuidé regner plus hautement et en plus grant puissance. »

C. IX. — « *Comment on doit penser au jour du jugement.* — Il sembleroit que le jour du jugement ne dust venir de grant temps. Et à ce propos je respon et je dy que les signes du jugement sont à peu près acomplis. Ne voyons nous mie comme luxure regne, laquelle jadis fut cause du deluge et de la perdicion du monde. Et m'est avis semblablement que luxure nous peult donner cause de doubter que le jour du

jugement ne soit prochain, car en mariage a peu de loyaulté, en gens d'Église peu de chasteté.... Oultre plus, je te respons et dy que plusieurs autres signes sont accomplis, car le soleil et la lune ont perdu leur clarté et les estoiles sont cheues du ciel. Et n'est aultre chose à dire, sinon que l'Eglise qui devroit tout le monde aussi comme le soleil enluminer, est aujourd'hui obscurée et divisée, et de plusieurs vices entachée. Et la lune, c'est assavoir la seigneurie temporelle, est aujourd'hui éclipsée et plaine d'orgueil, et les estoiles, c'est assavoir les clers et les prescheurs et les conseillers sont cheus du ciel, car ils ont délaissé vérité pour flatterie. »

V

Nunc dicendi locus quid de universo Jacobi Magni opere, quod in *Sophologio* inchoatum, in *Libro de Bonis Moribus* habemus perfectum, sentiamus. Atqui, quamvis ad duo diversa spectare videatur, hinc ut disciplinas doceat, illinc ut mores instituat, tamen in utroque Jacobus unum et idem studet. Prior quidem pars, quae et in *Sophologio*, et in libro Gallico : « *Archiloge Sophie* », postquam omnium artium originem indagavit, mox earum adjicit praecepta, ea est integra a superioribus Medii Aevi scriptoribus tradita doctrina, etiam tum in scholis adhibita. Nec aliter in *Speculis* suis XIII^{mo} saeculo Vincentius Bellovacensis res undique collectas immani quasi acervo cumulaverat.

Jacobus vero omnia, quae tanto labore, tot auctores evolvendo ac meditando Parisiis Pataviique didicerat,

magna tamen, si Vincentio comparatur, modestia usus, ad certum propositum, quod in altera parte operis manisfesto apparet, disposuit. Quid enim disciplinae prosunt, nisi nos ad amorem sapientiae et virtutes informare valent? Augustinianus ergo nihil aliud, nisi morum institutionem optimamque vivendi rationem in animo habet, nihil curat nisi sincerum Dei amorem, pietatem quotidianam, aeternae denique spem salutis. Homo est, quamvis in antiquis litteris diu multumque versatus, monasticarum virtutum tenacissimus, ecclesiasticae vitae toto animo addictus; unde liquet religiosam scolastici aevi mentem in eo totam vivere ac vigere.

Igitur quamdiu, integra Parisiacae Universitatis auctoritate, vetus illa floruit apud Gallos ratio studiorum, quae ad Ecclesiae utilitatem nihil non convertebat, atque cum poetarum, tum philosophorum praecepta ad christianam vitam dirigendam fidemque confirmandam accommodabat, Jacobi etiam opera floruere. Nam quatuordecim *Sophologii*, unum et viginti *Libri de Bonis Moribus* codices, XV^{mo} saeculo conscriptos in Gallicis[1], multos etiam in Germanicis[2] bibliothecis

1. *Sophologium* : « Bibl. nat., lat., 3235, 3236, 3489, 14 901; — Arsenal, 722; — Mazarine, 940, 951, 952; — Douai, 417; — Metz, 154; — Montpellier, 429; — Rouen, 937; — Semur, 19; — Tours, 154 (Oxford, Novi, CLVI). »

Liber de Bonis Moribus : « Bibl. nat., franç., 453, 919, 953, 954, 1023, 1024, 1025, 1144, 1145, 1182, 1798, 1799; lat., 14 245; — Arsenal, 2317, 2674; — Mazarine, 953; — Rouen, 945, 946; — Grenoble, 870; — Soissons, 163; — Valenciennes, 289 (Bibl. de Bourgogne, Bruxelles, 11 063). »

2. *Sophologium* : « Bibl. Monacensis, cod. lat. 7557, 17 641, 21 070, 21 070, 21 075, 26 644; — Wolfenbuttel, 385, 386; — Ossinger : « In bibliotheca Basileensi, in bibliotheca nostra Viennae in Austria cod. », (p. 532).

adnumeravimus, nec omnes profecto credimus ad nostram notitiam pervenisse. Librum autem *de Bonis Moribus*, quanquam nuperrime a Jacobo, qui ab Armaniacensium ducum consiliis tunc maxime erat, confectum, jam anno MCCCCXII, mense Januario, sibi ducissa Burgundiae describi jusserat [1]. Quin etiam multo post, anno MCCCCLXXI, primo die Julii, ejusdem libri codicem quemdam reperimus a mercatore Lugdunensi L solidis emptum fuisse [2].

Cum vero ars nova, libros typis mandando, per terrarum orbem divulgare coepisset, continuo Jacobi Magni opera saepius excudenda summi illi ab incunabulis rei artifices curaverunt. Itaque ante annum MD quatuordecies Coloniae, Parisiis, Lugduni, Casselae aliisque in locis *Sophologium* praelo subjectum [3] Hain in *Repertorio bibliographico* retexit [4]. His etiam versibus librum typographus Parisiacus (MCCCCLXX-MCCCCLXXII) commendat :

Istuc clarorum contendunt dogmata patrum,
Doctos atque bonos ut faciant homines.
At quom non leviter possit percurrere quisquam
Auctores cunctos, multa neglecta manent.

1. « Arch. de la Côte-d'Or », B. 1559, f° 108.
2. Bibl. nat., franç., 1145, f° 193 : « Explicit le *Livre de Bonnes Meurs*, fait et parachevé le dernier jour de juillet MCCCCLXXI. — Je Jehan Martineau, clerc, congnois et confesse avoir vendu ce présent *Livre de Bonnes Meurs* à Jehan Duranton, marchant, habitant de Lion, pour le prix et la somme de cinquante solz, de laquelle somme je m'en tiens contant et bien payé.... »
3. Hain, n. 10 467 — 10 480. — Brunet, *Manuel*, v° *Magnus*.
4. Bibl. nat., lat., 3236, f° 1, in margine : « ... Ex catalogo Bibl. Bodleiensis, disco librum typis excusum esse Lugduni, anno MDLXXXV, hoc titulo : « *Sophologium sapientie Jacobi eremite* ». De quadam Sophologii editione haud dubio agitur, quam Joannis de Sancto-Geminiano operibus subjunctam videre est (Lugduni, MDLXXXV, in-f°).

Omnia doctorum quo ergo documenta legantur,
Hunc Jacobus Magni condidit ecce librum.
Tu quoque si bonus esse velis, sapiensque videri,
Quod manibus tractas disce Sophologium.
Quicquid enim veterum tetigit praeceptio digna
Mille voluminibus clauditur hoc opere [1].

Librum vero *de Bonis Moribus* primus edidit Petrus « le Rouge » [2], in parva Burgundiae urbe, Chableiis vocata, anno MCCCCLXXVIII. Parisiis deinde et Lugduni et Genuae, annis scilicet MCCCCLXXXVI, MCCCCLXXXVII, MCCCCLXXXVIII, MCCCCXC, MCCCCXCIX, MDIII, MDXIX, MDXXXI, MDXXXIX, MDXLII, tot editiones novae inaudita exierunt fortuna. Tunc enim tanta erat operis fama, ut in Anglicam linguam translatum etiam ab inclyto Westmonasteriensi typographo Caxton impressum fuerit [3]. Sed cum tandem scholastica disciplina ab humanarum litterarum sectatoribus quasi obrueretrur et, perturbata ecclesia, genus novum sentiendi et loquendi hominum animos invasisset, protinus evanuit Jacobi Magni nomen, nec ullus tanti laboris honos permansit.

1. Hain, n° 10473.

2. *Le Livre de Bonnes Meurs, fait et composé par frère Jacquez le Grant, religieulx de l'ordre des Augustins, et composé et divisé en cinq parties....*

Explicit le Livre de Bonnes Mœurs, fait et impressé à Chably par moy Pierre le Rouge, le I jour d'avril, l'an de grâce mil CCCCLXXVIII. — Voir Brunet, *la France*, etc., 109.

3. Brunet, *la France*, etc., 109. — Id., *Manuel*, v° *Magnus*. — *The book of good Manners translated*, Westmonasterie, W. Caxton, MCCCCXCVII.

CAPUT IV

DE ANTIQUARUM LITTERARUM STUDIO APUD JACOBUM MAGNI

I

In quodam libro de Vita et Scriptis Joannis de Monsterolio, eruditissimus et oblivione jam sepultorum Medii Aevi scriptorum curiosissimus vir, cum litterarum antiquarum instaurationis apud Gallos origines investigaret, de illius initio ac tempore ita censuit : « Cujus investigationis, ait, summa haec fuit, non in fine quinti decimi, sed quarti decimi seculi principium illud esse constituendum. Regnantibus quidem Carolo V et Carolo VI, Francorum regibus, multi in Gallia ad libros veterum legendos et in novam lucem revocandos animum operamque adhibuerunt, ut in hoc studio jam inde cum Italis decertare pro parte virili majores nostri voluisse videantur. » Laudato autem Joanne de Monsterolio, Tullii Maronisque discipulo, contendit insuper « circa aut pone Joannem de Monsterolio, nonnullos in Gallia

fuisse viros, qui iisdem, ut ita dicam, sacris uterentur... ». Quibus Jacobus Magni haud impar adscribitur. Hoc igitur superest ut perpendamus num et noster e primis iisdemque acerrimis apud Gallos instaurandae antiquitatis fautoribus fuerit.

Jacobum veterum et opera cognovisse et sententias magni fecisse manifestum est. Nullus fere locus, ubi Aristotelis, Senecae, Ovidii, Tullii, plurimorumque aliorum testimonia ad fulcienda Scripturae sanctorumque Patrum verba non adhibeat. Ex ejus scriptis memoravimus codicem quemdam, in quo, dum adhuc Lutetiae studiis operam dabat, « Aristotelis, Senecæ, Boecii dicta communiora... redigere » consueverat [1]. Haec autem omnia posterius in proprios libros inseruit.

Nec antiquorum solum sententias assidue colligebat, sed mores sapientiamque magnopere extollebat. Multis enim locis paganos vel Gentiles cum Christianis confert, et suis aequalibus exprobrat, quod ab antiqua virtute deflexerint. Nonnullae ejusmodi sententiae quas passim collegimus, infra scriptae :

« ... Antiquos novimus virtutibus intendisse vitaeque honestatem precommendasse. Horum igitur exemplo bene vivere Christiani discant » (*Soph.*, III, XIII).

« ... His exemplis colligimus antiquos constantes ideoque famosos fuisse » (*Id.*, V, XIV).

« ... Absit a viro sapiente crapula, nam veteres cum parsimonia vixisse leguntur » (*Id.*, VI, X).

« ... Advertendum est quod apud Gentiles sacerdotes et ministri templorum vivebant atque populum

1. Arsenal, 481.

moralibus exhortacionibus instruebant. ...Aut igitur apud Gentiles sacerdotes digniores erant, aut tempore moderno sacerdotium pauci merentur » (*Id.*, VIII).

« ... Et doivent les crestiens savoir que non obstant que leur Escripture soit meilleure et plus certaine que celle des philosophes, néant moins, ils vivoient plus saintement que ne font les crestiens communément.... Et m'est advis que se le crestien faisoit pour J.-C. ce que les paiens et philosophes faisoient pour honnesteté et pour le bien commun, vraiement le crestien seroit à Dieu bien agréable » (*Arch.*, I, VI).

Sed quoniam Jacobus in tanto pretio habuit antiquae sapientiae reliquias, haud parvi refert quos Graecorum Latinorumque legerit, recognoscere.

Scriptores Graeci.

Aristotelis : Ethica ad Nicomachum (apud Vincentium Bellovacensem).
— Topica (*id.*).
— Metaphysica (*id.*).
— Politica (*id.*).
— *Problemata* [1] (*id.*).
— De coelo *et mundo* (*id.*).
— *De secretis* (*id.*).
— De anima (*id.*).
— De animalibus (*id.*).
— Rhetorica.
Athenodori *Sententiae* (ap. Vinc. Bellov.).
Epistolae Philippi ad Aristotelem (*id.*) [2].
Epistola Alexandri et Dindimi, regis Bracmanorum (*id.*).
Epistola Alexandri ad Aristotelem de situ et mirabilibus Indiae [3] (*id.*).

1. Opera quorum tituli typis italicis inscribuntur, subdititia sunt.
2. Cf. P. Meyer, *Alexandre le Grand dans la littérature du moyen âge*, 26.
3. Cf. P. Meyer, *ibid.*, 28.

Galieni : *Liber de Alchimia* (*id.*).
Hermetis Trismegistae : *Ad Asclepium, seu de verbo aeterno* (*id.*).
Hippocratis : Aphorismi (*id.*).
Josephi : Antiquitates Judaïcae.
Platonis : Timaeus (ap. Vinc. Bellov.).
Plutarchi : *De institutione Trajani*[1] (*id.*).
Porphyrii : Isagogus (*id.*).
Ptolemaei : Almagestus.
Secundi : Sententiae (ap. Vinc. Bellov.).
Sexti Pythagorici : *Sententiae* (*id.*).

Alia quaedam insuper nomina e Latinis tantum scriptoribus, Gellio, Valerio Maximo, S. Hieronymo Jacobus hausit, scilicet Anaxagoram, Arrianum, Epicurum, Homerum, Menandrum, Posidonium, Theophrastum, Xenophontem.

Pauciores igitur Graecorum libros ipse laudat Jacobus, sed fere omnes mutuatur a Vincentio Bellovacensi et Guillelmo Arvernensi, aut etiam a Joanne Salisberiensi prius memoratos [2], nec mirum, quoniam e Graeco sermone in Latinum jampridem fuerant translati. Jacobum vero Graeci sermonis prorsus imperitum fuisse, ut supra dictum est, opinamur. Nam in Sophologio et postea in libro « Archiloge Sophie », etiam de grammatica disserens, nihil aliud nisi litteras earumque figuras, variosque sonos nosse nobis visum est.

1. Cf. Boutaric, *Vincent de Beauvais et l'Antiquité classique* (Rev. des Questions historiques, XVII, 1875, 29). — Demimuid, *Jean de Salisbury*, 113.
2. Demimuid, *ibid.*, 165. — N. Valois, *Guillaume d'Auvergne, évêque de Paris*, 198. — Boutaric, *ibid.*, 24.

II

Multo plura, ut par erat, Latinorum opera, quae sunt :

Scriptores Latini.

Apuleii : De Deo Socratis.
A. Gellii : Noctium Atticarum lib.
Boetii : De consolatione Philosophiae.
— Interpretatio topicorum Aristotelis.
— Interpretatio elenchorum sophisticorum ejusdem (de sophismatibus).
— *De disciplina Scholarum.*
Catonis *philosophi liber quartus.*
Catulli : Carmina.
Chalcidii : Prooemium in Timaeo Platonis.
Ciceronis : De divinatione.
— Tusculanarum quaestionum libri.
— De senectute.
— De amicitia.
— De paradoxis.
— Hortensius, seu Academica ad Lucullum.
— De natura Deorum.
— De officiis.
— De legibus.
— De finibus bonorum et malorum.
— De fato.
— De responsis haruspicum.
— Rhetorica.
— De oratore.
— Philippicae orationes.
— Pro Cornelio Balbo.
— In Catilinam orationes.
— Pro Ligario.
— Pro Coelio.
— Pro Milone.
— Pro Marcello.
— Pro domo sua.
— Ad populum et equites Romanos antequam iret in exilium.

CICERONIS : *De creatione mundi.*
— *Liber invectivarum.*
CLAUDIANI : De Manlii Theodori consulatu (« in alloquendo Theodosio »?)
— In majori (??).
EUTROPII : Breviarius ab urbe condita.
HORATII : Carmina.
— Epistolae.
— Sermones.
— Ars poetica.
JULII CELSI (C.-J. CAESARIS) : De bello Gallico.
JUVENALIS : Satirae.
LUCANI : Pharsalia.
MACROBII : Saturnaliorum libri.
— De somnio Scipionis.
MARTIALIS : Epigrammata.
— Metamorphoseon libri.
— Tristium libri.
OVIDII : Fastorum libri.
— Ex Ponto epistolae.
— Ars amatoria.
— Remedia amoris.
— Amores (Liber sine titulo).
PALLADII : De agricultura.
PERSII : Satirae.
PETRONII : Satyricon.
PLAUTI : Aulularia.
PLINII MAJORIS : Historia naturalis.
Q. CURTII : De gestis Alexandri Magni.
QUINTILIANI : Institutio oratoria.
— Declamationes.
SALLUSTII : De Catilina.
— De bello Jugurthino.
SENECAE : Ad Neronem de clementia.
— Ad Novatum de ira.
— Ad Lucilium de providentia.
— Ad Serenum de tranquillitate.
— De beneficiis.
— De constantia sapientis.
— Ad Gallionem de vita beata.
— *De mira patientia* (?).
— Ad Lucilium Balbum epistolae.
— Quaestiones naturales.
— De remediis fortuitorum ad Gallionem (?).
— *De moribus.*

SENECAE : *De quatuor virtutibus cardinalibus.*
— Agamemnon.
— Hippolytus.
— Hercules furens.
— Oedipus.
— Thyestes.
— Troades.
— Antigona (Phoenissae?).
SENECAE MAJORIS : Controversiae.
SOLINI : Polyhistor.
STATII : Thebaïdos libri.
SUETONII : Vitae duodecim Caesarum.
TERENTII : Andria.
— Adelphi.
— Eunuchus.
— Hecyra.
— Phormio.
TIBULLI : Elegiae.
TROGI POMPEII (JUSTINI) : Historiae Philippicae.
VALERII MAXIMI : Dicta et facta memorabilia.
VARRONIS : Sententiae.
VEGETII : De re militari.
VERGILII MARONIS : Georgica.
— Bucolica.
— Aeneidos libri.

Si quidem huic scriptorum recensioni fidem integram adhibemus, Jacobum haud dubio Romanae antiquitatis studio flagravisse eique vehementer incubuisse non colligere non possumus. Ac reipsa, in omni vulgata Medio Aevo eruditione versatus quantum qui maxime, idem cum nonnullis inter veteres quotidiano poene usu videtur fuisse conjunctus, cum Tullio scilicet atque Ovidio et Seneca; Valerii quoque Maximi libris et Terentii fabulis fuerat oblectatus. Sed quid certi de ceteris?

Jam antea, XIII^mo saeculo, Vincentius Bellovacensis in « *Speculo Majori* », « de omni re scibili » disserere aggressus, collectis undique codicibus, e variis Lati-

norum scriptis plurimos locos decerpserat. Jacobum autem, quamvis Vincentii Speculique pariter immemor, nusquam se hoc libro usum fuisse fateatur, incertum de industria an temere, ex illo fonte majorem eruditionis partem hausisse arbitramur. Quos enim Vincentius scriptores laudavit, Jacobus laudat; quos Vincentius omisit, omittit Jacobus. Vix paucos in Sophologio certe reperire est, non prius in Speculum admissos, Catulli nempe carmina, Tullii « De responsionibus haruspicum », libellos quinque Senecae : « De clementia, De ira, De tranquillitate, De vita beata ». At rursus nihil apud utrumque de Lucretio, de Tacito, de Livio, quorum nomina in Italia poene divinis laudibus humanissimi homines prosequebantur. Nonne ex his satis liquet Vincentii vestigiis Jacobum institisse eoque plerumque duce Romanas litteras perlustrasse, omni tamen ducis mentione diligenter omissa[1].

Sed iisdem annis apud Gallos, Joannes ille de Monsterolio, cujus memoriam vetustate obrutam, ille scriptor disertissimus de quo paulo ante diximus, in lucem revocavit, « Romanos etiam auctores prae manibus, prae oculis, prae mente » assidue habere consueverat : « non semel, sed sexcenties nihil sibi jucundius esse in epistulis affirmat, quam ut eis perfrui possit; de eis eorumque operibus novum nova semper cum delectatione sermonem orditur ». Quantum autem antiquitate colenda hic a Jacobo nostro dissentiat, haud difficile demonstrabitur. Joannes enim, cum « theologiae studio aut nunquam aut parvo tem-

1. Cf. Boutaric, *Vincent de Beauvais*, etc., 49.

pore institisset, nullum scholasticum gradum videtur obtinuisse », sed mature ad rempublicam sese contulisse, ut jam a Carolo V in familiam regiam arcesseretur. Bis in Italiam missus, « pluribus Romae mensibus mansit, ita ut cum Leonardo Aretino, tum papae ab epistolis insignique litteris viro, amicitiam contraheret. Cum de reditu cogitandum fuit, statuit Joannes, ut aliquot dies Florentiae consumeret, Nicolaumque Nicolai, Leonardi amicum eumdemque librorum antiquorum curiosissimum videret ». Itaque eum Leonardus Aretinus « virum humanissimum atque doctissimum et studiorum nostrorum ardentissimum », Nicolao commendat [1].

Igitur amicorum exemplo Joannes illo antiquitatis amore, quo jam dudum Petrarcha, Boccacius multique praeterea accensi fuerant, et ipse ardere coepit. Non enim Romanos scriptores tantum ut inde ad mores instituendos vitamque aeternam comparandam praecepta colligeret, aut ipse perlegit, aut a Vincentio in proprios usus exprompsit, sed unice propter ipsos dilexit, quorum commercio honestius viveret et jucundius. Pauciores ideo ex humanioribus, Catullum dico, Martialem, Tibullum vel Q. Curtium Jacobus interdum protulit, quos Joannes in epistolis pro parte sua non laudavit. De illis autem taceo, qui ut Chalcidius, Palladius, Plinius Major, Vegetius denique minus litterarum quam variarum artium praeceptores, non tam ad humanitatem quam ad utilitatem valent. Sunt praeterea Tullii libelli quidam a Jacobo, non a

1. Thomas, 5, 11.

Joanne descripti, quos tamen, quamvis hic in litteris ad amicos nusquam expresserit nominatim, non eum fefellisse verisimile est. Quid vero de scriptoribus quorum Joannes in manibus ipsa volumina procul dubio habuit, de Lucretio, de Tacito, de Livio praesertim? Illos enim Romanae antiquitatis magistros a Jacobo adeo praetermissos jam diximus, ut haud injuria suspicetur aliquis nostrum ne nomina quidem eorum audiisse [1].

Quod si quibus verbis antiqui scriptores eodem tempore hinc a Jacobo, illinc a Joanne fuerint probati, inquirere libuerit, quanto magis alterum ab altero in hoc distare intelligemus! Nihil apud Jacobum de scribendi arte, de sermonis gravitate vel elegantia, de carminum numeris et colore; quid sit perfectum et excellens, quid pulchrum, quid non, minime curat. Veteres nonnullos legit, e plerisque excerpta collegit, fateor, neutros vero unquam se diligere profitetur. Quanta contra orationis vi, quantis laudibus, quam vera admiratione eosdem Joannes prosecutus est! Quum enim ad amicum scriberet : « Longissimarum, ait, istarum noctium partem quibis exhaurire, audiendo videlicet legendoque actores illos antiquos quorum sententiis perfrui et eos degustare preclarius delectabiliusque est quam cumulandis honoribus aut opibus struendis, que prima vulgus putat, inhaerere ». Quid de Tullio : « O Marce Tulli, eternum colende.... Quis primus e Greco in Latinitatem philosophiam suo ornatu transtulit? Tullius.

1. Thomas, 69, 76.

Quis praticavit rhetoricam? Tullius. Quis magnificavit illam? Tullius.... En mitto, cape, quem petisti *de Oratore* Tullium, qui utinam a me, quam carus est, ita visus intellectusque fuisset! » Quid denique de Terentio? « O dies nequiquam praeteritos quibus te non videram, Therenti dulcissime, clarissime, propriissime, eloquentissime, et, ut ait Flaccus, artificiosissime [1]! »

Haud minus etiam, cum utriusque stilum Latinamque elocutionem componimus, Jacobus a Joanne abhorret. « Si quis enim Joannem cum Mediae Aetatis, ac praesertim duorum superiorum saeculorum scriptoribus comparaverit, magnis non injuria eum efferre laudibus poterit [2]. » Jacobus vero antiquorum

1. Thomas, 54, 56, 65.

2. Thomas, 76. — A. Thomas de Joannis de Monsterolio epistolis dixit : « Hoc incommodi omnes privatae J. de Monsterolio epistulae habent, quod nunquam in earum fronte nomina eorum inscribuntur ad quos missae fuerunt. Longo studio, et ea qua potuimus diligentia, ut nomina praetermissa supplerentur, elaboravimus : ... Jacobo Magno... ex ordine fratrum Heremitarum : *Debuisti, Magnis te hac tenus, Sic est preceptor.* » Quas quidem epistolas non semel perlegimus, sed frustra, cum nihil ad Jacobum nostrum procul dubio pertinere inveniremus. In *Debusti* : « Vidi ergo, vir magne et fama et nomine, tuam hujusmodi rescriptionem, refertam quippe sententiis multiplicibus ac erudicione et doctrina, ordine appositioneque servatis maxime abundantem, sed humanitatis humilitate plenissimam. Dicerem omni genere commandationis plus quam perfectam, si verbum in ea nullum de hoc tuo discipulo laudis esset, quem effers nempe nimis et laudas pariter supra quam ascenderet mea pusilitas, si etiam in eum eniti non cessarem.... » Nusquam vero in *Sophologio,* ad quod tantum haec verba spectare possint, de hoc suo discipulo agitur. Epistola *Magnis te hactenus* ad Jacobum quemdam mittitur : « ... Vidi ego te et audivi Veneris die sacra predicantem sex horarum parte potiori. Itidemque egisti postquam tibi scriberem tot vicibus, ut si emissa ab ore tuo magnifice atque prolata scriptis commissa forent, volumen, ut auguror, transcenderent Biblie perprolixum, et tu michi temporis tanto haustu tres lineas, quod aiunt, scribere neglexisti.... » Jacobusne Magni fuerit annon? Nescimus. Una superest epistola quam potius Jacobo

sermonem non solum imitari aut repraesentare non valuit neque studuit, sed etiam infimae latinitatis tenacissimus, scholastica et barbara lingua usus est. Quis enim nisi gravissimorum testimonio scriptorum, Jacobum in Italia XIVmo exeunte saeculo, mortuo jam Petrarcha, moratum fuisse credat, cum evolvendo Sophologio, tanta insolitorum Gallicorumve verborum mole offendatur? Inter quae satis sic haec passim desumpsisse vocabula : anathematizare, blasphemia, calculare, causaliter, complacentia, contagiosus, deducibilis, idolatrare, metrificare, positivus, rigorose, scandalizare, scrutinia, situari, etc.

Magni forsan adscribere possumus : « Excerpta seu flores per te michi communicatos, frater carissime, quos minime repudio, cum non ad satietatem visi sint, et quos pro correctione aliorum tibi, ut sentio, habere est voluptas, remitto, expectaturus absque molestia te de illis fecisse ad libitum, quoniam qui apud me sunt florum predictorum potissima pars, et subjectum in libris officialibus Ciceronis precipue hauriuntur, quanquam auctorum plerorumque aliorum sententiis non inutiliter sint fulciti. Sume ergo rem tuam cum impensa gratiarum et dum tuis occupationibus aliud commodius agendum nequaquam supererit, sapienter dictorum hujusmodi vaca lectioni et ubi tempus dabitur, scilicet libenter incumbas philosophie morali. Non est, crede michi, quidquid grumant osores litterarum, quod hinc te peniteat, quin potius tria bona, honestum scilicet, delectabile et utile, si Aristoteli deferendum est, consequans. Vale et disce, dum tempus habes sudoribus aptum, inquit ille. » Bibl. nat., lat., 13092, fos 133, 134.

CONCLUSIO

Ita vixit atque haec scripsit dubiis temporibus Jacobus ille, cujus umbram a tenebris revocare aggressi sumus. Dubito equidem libellus ne noster Augustiniani famam valeat restituere. Sed quis, eum, claustro saepius deserto, in Italia professorem, in Gallia praedicatorem, in Anglia principum legatum res varias inauditasque aut suscepisse aut etiam confecisse neget? Quin multa alia ad instaurandum Francorum regimen in animo versabat, quae nunquam ad effectum perducta, de ingenii tamen alacritate et rerum publicarum studio nobis testimonio sunt. Quod igitur ad vitam attinet, magis obliteratum quam oblivione dignum, Jacobum non omnino mori decebat.

Opera vero gestis non satis videntur respondere. In agendo enim strenuus, in dicendo procax, quicquid contra scripsit, diffusus, vi ac spiritu carens, inventione jejunus, ex alieno plerumque pendet. Pulcherrimas quidem sententias, omnia omnium virtutum exempla, quae veteres in opera accumulaverant, pia manu collegit, scriptoribusque Latinis ducibus de principum officio, de matrimonio, de justitia, de temperantia et de multis aliis optime sensit. Maxima ei etiam legendi discendique cupido : plurimis enim illis veterum libris quos recensuimus, non pauci adji-

ciendi sunt Christiani vel Patres, vel doctores, Judaeique et Arabes. Sic a tot tamque variis institutus magistris, Jacobus de omnibus disseruit, et quemadmodum omnia didicerat, omnia docere conatus est. Nec aliter jam a XII^{mo} et XIII^{mo} saeculo, alii uno libro totam disciplinarum molem, alii certe proprias sententias Latinorum Graecorumve dictis probare inceperant praeclarissimi scholastici aevi doctores, Joannes Sarisberiensis, Guillelmus Parisiensis, Vincentius Bellovacensis, Aegidius Romanus, Petrus de Alliaco, etc. Nonne eorum vestigiis Jacobum nostrum institisse satis superque patet?

Duo autem Medio Aevo apud Gallos scriptorum genera: alteri quidem, iidemque vergente XIV^{mo} saeculo, multo plures, Romanorum opera fere omnia quae nunc in manibus nostris exstant, revolvere consueverant, interdum etiam in Gallicum sermonem transferebant. Quos fatendum est jam a Carolo Magno redintegrandae antiquitati operam singulos aliquam, vel inscios contulisse; sed illis, dum nihil nisi Christianum spirant, nihil a Cicerone aut Virgilio aliisque praeter communiora artium praecepta exposcunt, neque mens renovata, neque judicium excultum est. Ex illo genere Jacobus Magni, nec ipse solum, sed omnes ad unum monachi. Namque ut in claustris auctores antiqui, durissimis Medii Aevi temporibus, diligentissime asservati sunt, ita tardius in monachos antiquitatis studium instauratae subrepsit. — Alteris vero, dum viam a prioribus tritam dedignati, cum veteribus quotidianum jungunt commercium, veterum amore perfunduntur, delectantur, altera sensim inse-

ritur religio, et Romani sensus, et formae cultus tunc primum redivivus. Sed quam pauci et inutiles in Gallia, regnantibus Carolo V vel Carolo VI, ad culmen illud evecti sunt. Hujus modi fuere qui, scriptoribus aliquot Italicis familiaribus utentes, in Romanorum vel Avenionensium pontificum aula assidue versati sunt, Gontherus Colli, Nicolaus de Clamangiis, Joannes de Monsterolio. Mox unius cujusque, mortuis amicis, in vanum quoque abierunt studia; Jacobi vero per longum XV^{mi} saeculi spatium nomen et fama integro favore floruerunt [1].

1. Decimo sexto ineunte saeculo, scriptor quidam, Joannes « Tenessax » dictus, Jacobum Magni magistrum sûum etiam tunc vocat : « Comme dit mon docteur maistre Jacques le Grant de l'Ordre Saint Augustin, que les hommes sont souvent suspectionneux de leurs femmes par leurs mauvais maintiens et regards, peut-estre qu'ils sont cause, et dit que la femme ne peult estre trop simple non mye tant seullement de corps, mais aussi de maintien, car en parler ou regarder ou converser ne doit faire chose par quoy on puisse d'elle parler, etc », cap. XXXII. Quae quidem verba ex *Libro de Bonis Moribus*, p. IV, cap. V excerpta sunt. Libro autem Joannis « Tenessax » titulus : « *Le livre de maistre Regnard et de Dame Hersant sa femme, livre plaisant et facétieux contenant maintz propos et subtilz passages couvers et cellez pour monstrer les conditions et meurs de plusieurs estatz et offices*, etc. Imprimé nouvellement à Paris par Philippe le Noir, libraire et l'un des deux relieurs de livres jurez de l'Université de Paris.... »

FINIS

Vidi ac perlegi,
Lutetiae Parisiorum, in Sorbona,
a. d. XV Kal. aug. ann. MDCCCLXXXIX,
Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi
Decanus,
HIMLY.

Typis mandetur,
Academiae Parisiensis rector,
GRÉARD.

INDEX

Coulommiers. — Imp. P. BRODARD et GALLOIS.